3 1761 04606015 8

TX
713
A7
1922
c.1

BMED

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

(37)

# APICIVS
## DE RE COQVINARIA

EDIDERVNT

C. GIARRATANO ET FR. VOLLMER

TX
713
A7
1922
c. 1
BMED

[L]IPSIAE
[IN AED]IBVS B. G. TEVBNERI

1048

Apicius, Coelius

(37)

# APICII

## LIBRORVM X QVI DICVNTVR DE RE COQVINARIA

QVAE EXTANT

EDIDERVNT

C. GIARRATANO ET FR. VOLLMER

322234

12. 35

14.

SIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXXII

9625-4

# PRAEFATIO

De Apiciani libri fatis et codicibus exposuimus Giarratano in libello 'I codici dei libri de re coquinaria di Celio, Napoli 1912', Vollmer in Sitz.-Ber. d. Bayer. Akad. d. Wiss. phil.-hist. Kl. 1920 Abh. 6. pauca addenda videntur: codicem Caesenatem interim inspexit et contulit Giarratano, nullius est preti. nec maioris cod. Vat. lat. 6803 papyrius fol. 71—96, quem in Skutschii et Ihmii usum contulerat Samter. quae ad usum huius editionis maxime necessaria erunt, luculente digesta habes in indice codicum post hanc praefationem.

edidimus igitur et ipsos Apicii libros quos putant, qui tamen non pleni nec integri sunt, sed saeculo fere IV° vel V° epitomati et vulgari sermone aliquatenus adulterati, et excerpta Vinidarii Gothi, qui saeculo fere VI° et ipse opusculum Apicianum tunc adhuc plenum suum in usum compilavit, magis etiam quam ille prior excerptor licentiis sermonis vulgaris indulgens. hos squalores et quidquid librarii insequentes similiter deturpaverunt detersimus quoad licebat: composita et aestimata sunt vulgaris sermonis vestigia apud Vollmerium l. l.

edidimus, inquimus, hos libros nec tamen ignoramus nos nihil fere agere potuisse nisi ut recenseremus ea quae tradita sunt abstersis maculis gravissimis, vere emendaturum non esse nisi qui plenam rerum scientiam habeat et tam excussis fontibus graecis et latinis quam experimentis factis cognoverit quid Apicius praecipere potuerit, quid re vera praeceperit.

plene attulimus varias lectiones codicum EV ita tamen ut discrepantias pure orthographicas praetermitteremus. restituimus contra Schuchium, cuius tamen numeros paragraphos in margine addidimus, dispositionem librorum per capita et capitula ab ipso ut opinamur auctore institutam.

indices adiecimus quales per haec tempora addere licebat, sperantes fore ut aliquando aliquis plene technica artis coquinariae verba graeca et latina colligat et explicet.

restat ut lectores moneamus optime de hac editione olim meritos esse *W. Studemund* et *M. Ihm* excutiendo codices E et V; lectiones codicis V nos exhibemus secundum photographa optima, in codice E reddimus collationem Studemundii nostrum in usum repetitam expletam correctam liberalissime a *W. M. Lindsay* et ab *E. A. Lowe*, qui nuper de hoc codice E exposuit in Berliner Philol. Wochenschrift 1920 p. 1174.

Lucae et Monaci C. Giarratano. Fr. Vollmer.

Printed in Germany

# APICII

## ⟨ARTIS MAGIRI⟩CAE ⟨LIBRI X⟩

Archetypus Fuldensis, inde descripti

V Vaticanus Vrbinas lat. 1146 litteris Turonicis scriptus saec. IX

E Cheltenham bibl. Phillipps 275 litteris partim insularibus partim minusculis Carolinis scriptus saec. IX

ex V descripti sunt codices saeculi XV hi:

P Paris lat. 8209

ς {
T Rom Vat. Vrb. lat. 1145
L Florenz Laur. 73, 20
S Florenz Laur. Strozz. 67
C Florenz Riccard. 141 (L III 29)
R Florenz Riccard. 662 (M I 26)
Oxford Bodl. Canon. lat. 168
Oxford Bodl. Add. B 110
Cesena, bibl. munic. 167, 154
Rom, Vat. lat. 6803
}

ex E descriptus est codex Hummelbergii deperditus

ex VEς lectiones a Politiano collectae in

M München lat. 756 a. 1495 a Petro Crinito scripto

*α* = editio princeps s. a. Venetiis per Bernardinum Venetum expressa ex aliquo codice stirpis ς

*Tor* = editio Albani Torini Basileae 1541

*Hum* = editio Gabrielis Hummelberg Tiguri 1542

*Baseggio* = editio Baseggii, Venetiis 1852

*Sch* = editio Chr. Theophili Schuch, $^{2}$ Heidelberg 1874

*Gi* = Giarratano

*Vo* = Vollmer

Apici Excerpta a Vinidario vir. inl. facta leguntur in

A = Paris lat. 10318 saec. VIII uncialibus litteris scripto

*Ihm* = M. Ihm, Archiv f. lat. Lex. XV, 1908, 63 ss.

# APICII LIBRI X

⟨I. EPIMELES. II. SARCOPTES. III. CEPVROS. IV. PANDECTER. V. OSPREON. VI. AEROPETES.⟩ VII. POLYTELES uoluntaria uolatilia. VIII. TETRAPVS quadripedia. IX. THALASSA mare. X. HALIEVS piscatura.

## LIB. I. EPIMELES

I. conditum paradoxum. II. conditum melizomum. III. absinthium Romanum. IV. rosatum et violatium. V. oleum Liburnicum sic facies. VI. vinum ex atro candidum facies. VII. de liquamine. VIII. ut carnes sine sale quovis tempore recentes sint. IX. callum porcinum vel bubulum et unguellae coctae ut diu durent. X. ut carnem salsam dulcem facias. XI. pisces fricti ut diu durent. XII. ostrea ut diu durent. XIII. ut uncia laseris toto tempore uti possis. XIV. ut dulcia de melle diu durent. XV. ut mel malum bonum facias. XVI. mel corruptum ut probes. XVII. uvae ut diu serventur. XVIII. ut mala et mala granata diu durent. XIX. ut mala Cydonia diu serventur. XX. ficum recentem mala pruna pira cerasia ut diu serves. XXI. citria ut diu durent. XXII. mora ut diu durent. XXIII. holera ut diu serventur. XXIV. rapae ut diu serventur. XXV. tubera ut diu serventur. XXVI. duracina Persica ut diu serventur. XXVII. sales conditos ad multa. XXVIII. olivas virides servare ut quovis tempore oleum facias. XXIX. cuminatum in ostrea et conchyliis. XXX. laseratum. XXXI. oenogarum in tubera. XXXII. oxyporum. XXXIII. hypotrimma. XXXIV. oxygarum digestibile. XXXV. moretaria.

I. CONDITVM PARADOXVM. 1. C o n d i t i  p a r a d o x i (1)
c o m p o s i t i o: mellis pondo XV in aeneum vas mittuntur, praemissis vini sextariis duobus, ut in coctura mellis vinum decoquas. quod igni lento et aridis lignis calefactum, commotum ferula dum coquitur, si effervere coeperit, vini

---

*ex titulo archetypi nihil restat nisi quod dat V fol. 1*R INCP̃ API CAE *sequitur fol. 1*V EPIMELES LIBER I, *deinde capitula libri primi, deinde* EXPLICIVNT CAPITVLA | INCP̃ CONDITṼ PARADOXṼ; *in eodem V fol. 1*V *in marg. inferiore manus saec. IX litteris macris longissimis adscripsit* Epicc de cu; *in E perierat fol. 1 iam Politiani aetate, fol. 2*R *incipit a* VII Politeles uoluntaria uolatilia, *post haec capita legitur* APICII EPIMELES LIBER PRIMUS, *secuntur capitula libri primi, deinde sine titulo fol. 3*R *incipit* CONDITUM PARADOXUM Apicii C(a)eli(i) epimeles incipit liber primus *dant CLS cf. commentarius Nicolai Nicoli de Poggii peregrinatione in Ger-*

*numeri uncati in margine denotant paragraphos Schuchii.* 2 pondo *Sch,* p E, per V, *cf. Exc. § 2 bis § 23* p    3 praemissis E, -i V   coctura E$^2$, -am E$^1$V

rore compescitur, praeter quod subtracto igni in se redit. cum perfrixerit, rursus accenditur. hoc secundo ac tertio fiet, ac tum demum remotum a foco postridie despumatur. tum ⟨mittis⟩ piperis uncias IV, iam triti masticis scripulos III, folii et croci dragmas singulas, dactylorum ossibus torridis quinque, isdemque dactylis vino mollitis, intercedente prius suffusione vini de suo modo ac numero, ut tritura lenis habeatur. his omnibus paratis supermittis vini lenis sextarios XVIII. carbones perfecto aderunt dum bulliat.

(2) CONDITVM MELIZOMVM VIATORIVM. 2. Conditum melizomum perpetuum, quod subministratur per viam peregrinanti: piper tritum cum melle despumato in cupellam mittis conditi loco, et ad momentum quantum sit bibendum, tantum aut mellis proferas aut vini misceas. sed si ⟨maius⟩ vas erit, nonnihil vini melizomo mittas, adiciendum propter mellis exitum solutiorem.

---

*mania (a. 1417):* in monasterio suldulensi ... Aepitii de compositis libri octo: opus medicinale et optimum. *in librorum subscriptionibus legitur solum* apici(i) *vel* epicii (*sic E post lib. III), nusquam additur* caelii *in VE, sexies* coelii *in cod. R post lib. V ss in archetypo titulum duobus versibus fuisse olim perscriptum* API⟨cii artis opsartyti- *vel* magiri-⟩ CAE⟨libri X) *coniecit Vollmer indicem nominum librorum solus habebat E (non V), in quo I—VI cum folio 1 perierunt* VII Politeles E X Halieus *(sic)* E *capit. IV* uiolacium EV *V* liburnium EV *VIII* sine sale sine quouis EV *IX* bubulum E, bulum V ungelle EV *XIII* unicia EV *XVII* Uuae V, Quae E *XXVI* seruent E XXXII V, XXXI E oxyporium EV *XXXV* mortaria EV

2 perfixerit EV 3 postridie E, post pridie V 4 tum *Gi*, tunc *Sch*, cum EVς mittis *add. Gi* iam triti E, iam tristis *(radendo in* triti *mutatum)* V masticis $E^2$V, -ces $E^1$ 5 dragmas singulas *Hum*, dragme singulae EV 6 isdemque $E^2$V, iisdemque $E^1$ uino E, uine V 7 suffusione ς, -nem EV 8 lenis EV, leuis *Sch* 9 sextarios *Sch*, -ia EV aderunt E, ade˘ V dum bulliat *Vo*, duo milia EV *i. antea igni aperto tractatum nunc in prunis stabit dum bulliat; cf. 3, 10, 3* in prunis coques, *Paxamos Geop. 18, 21, 1 πυρὶ μαλθακῷ τουτέστιν ἐπ' ἀνθρακιάν* 12 melizomum V, milizonum E 13 uiatorium *sic* EV pereginanti E 14 conditi *i. penoris* 16 uini E, uinum Vς si maius vas erit *Vo*, suaserit EV, suaserim *Tor.* 17 solutiorem E, solitiorem V

(3) II. APSINTHIVM ROMANVM. Apsinthium Romanum sic facies: conditi Camerini praeceptis, utique [pro] apsinthio cessante; in cuius vicem apsinthi Pontici purgati terebinthique uncias ⟨singulas et unam⟩ Thebaicam dabis, masticis ⟨et⟩ folii ⟨scripulos⟩ III, costi scripulos senos, croci scripulos III, vini vetusti sextarios XVIII. carbones amaritudo non exigit.

1 (4) III. ⟨ROSATVM ET VIOLATIVM⟩. 1. Rosatum sic facies: folia rosarum, albo sublato, lino inseris et sutilis facias, et vino quam plurimas infundes, ut septem diebus in vino sint. post septem dies rosam de vino tollis, et alias sutiles recentes similiter mittis, ut per dies septem in vino requiescant, et rosam eximis. similiter et tertio facies, et rosam eximis, et vinum colas, et, cum ad bibendum voles uti, addito melle rosatum conficies. sane custodito ut rosam a rore siccam et optimam mittas. Similiter, ut supra, et de ⟨viola⟩ violatium facies, et eodem modo melle temperabis. Rosatum sine rosa sic facies: 2 folia citri viridia in sportella palmea in dolium musti mittes antequam ferveat, et post quadraginta dies exime. cum necesse fuerit, mel addes et pro rosato utere.

(5) IV. Oleum Liburnicum sic facies: in oleo Hispano mittes helenium et cyperi et folia lauri non vetusta, tunsa omnia et cribellata, ad levissimum pulverem red-

---

1 apsinthium] *aut scribendum aut sane accipiendum* apsinthiatum 2 conditi **VE**, condiri *Sch* 3 pro **EV**, *del. Vo; intellege: apsinthiatum facies aut ad praecepta conditi Camerini ita ut apsinthium omnino non adhibeatur aut loco conditi Camerini adhibebis quod sequitur* absenti **EV** 4 terebinthique *α*, terendique **EV** uncias singulas et unam *Vo*, unciam **EV** Thebaicam *scil. palmam* 5 et *add. Vo* folii scripulos *Hum*, folii **EV** 6 senos *sic* **EV** vetusti *Vo*, eiusmodi **EV**, veteris *iam Hum, cf. Marcell. med. 30, 55. 56* ROSATVM ET VIOLATIVM *om.* **EV**, *cf. index capitum* 9 folia **E**, folias **V** et *Hum*, ut **EV** sutilis *sic* **EV** et *Hum*, ut **EV** 12 sutules **EV** 16 *cf. Pallad. 5, 5, p. 155, 4* 17 et de viola violatium (-atum *Sch*) *Hum*, et de uiolacium **EV** 18—21 *paene ad verbum concinunt cum Pallad. 11, 15* 19 sportella (-tella *man. 2 in loco adraso*) **E** 22 *cf. Pallad. 6, 18* liburnicum *hic et p. 8, 3* **EV**, -ium **EV** *in ind.* spano **EV** 23 mittes **V**, -is **E** ellenium **EV**, inulam *Pallad. et Geopon. 9, 27, 1* cypery et **V**, cyperi (*om.* et) **E** 24 & cribellata alleuissimum **E**, et criuellata ad lebissimũ **V**

acta, et sales frictos et tritos, et per triduum vel plus permisce diligenter. post haec aliquanto tempore patere requiescere, et Liburnicum omnes putabunt.

(6) V. Vinum ex atro candidum facies: lomentum ex faba factum vel ovorum trium alborem in lagonam mittis et diutissime agitas: alia die erit candidum. et cineres vitis albae idem faciunt.

(7) VI. De liquamine emendando: liquamen si odorem malum fecerit, vas inane inversum fumiga lauro et cupresso, et in hoc liquamen infunde ante ventilatum. si salsum fuerit, mellis sextarium mittis et move spica, et emendasti. sed et mustum recens idem praestat.

(8) 1 VII. Vt carnes sine sale quovis tempore recentes sint: carnes recentes quales volueris melle tegantur, sed vas pendeat, et, quando volueris, utere. hoc hieme melius fit, aestate paucis diebus durabit. et in carne cocta
(9) 2 itidem facies. Callum porcinum vel bubulum et unguellae coctae ut diu durent: in sinapi ex aceto, sale, melle facta mittis ut tegantur, et, quando volueris, utere: miraberis.

(10) VIII. Vt carnem salsam dulcem facias: carnem salsam dulcem facies, si prius in lacte coquas et postea in aqua.

(11) 1 IX. Vt pisces fricti diu durent: eodem momento, quo friguntur et levantur, ab aceto calido perfunduntur.
(12) 2 Ostrea ut diu durent: lavas ab aceto, aut ex aceto vasculum picitum lava, et ostrea compone.

(13) X. Vt uncia laseris toto tempore utaris: laser in spatiosum doliolum vitreum mittis et nucleos pineos ut puta viginti, cumque utendum fuerit lasere, nucleos con-

---

1 et tritos et EV, tritos et *α* 2 permisce *α*, promisce EV 3 putabunt E, -untur V 6 agitas alia die erit E, agita sali adierit V cineres E, cinerem V 10 infunde (funde *α*) *Sch*, fenunde EV 11 move spica *Hum*, moue spicas EV, nouē spicas *α*, *cf. 8, 1, 5* 15 *ad rem cf. Colum. 12, 42* 16 durabit E, -uit V 18 ungelle cocte EV *in ind.*, ungella et cocta (cocia E) EV *hic* 19 facta *sic* EV, *an* tacta *(i. tincta)?* 23 aqua *Hum*, aquam EV 24 pisces $E^2$V, piscem $E^1$ 25 perfunduntur (-fund- *in loco adraso*) E 26 lavas *Vo (scilicet ipsa ostrea)*, uas EV 27 picitum *sic* EV 28 uncia *α*, unciam EV 30 fuerit V, fuerit *ex* fuit E

teres, et in cibis miraberis sapores; et tantundem numero
nucleorum doliolo referetur.

XI. Vt dulcia de melle diu durent: accipies quod 1 (14)
Graeci dicunt cnecon et facies farinam et admisces cum
melle eo tempore quo dulcia facturus es. Vt mel malum 2 (15)
bonum facias: mel malum bonum facies ad vendendum,
unam partem mali et duas boni si simul miscueris. Mel 3 (16)
corruptum ut probes: helenium infundes in melle et
incende: si incorruptum est, lucet.

XII. Vvae ut diu serventur: accipies uvas de vite 1 (17)
inlaesas, et aquam pluvialem ad tertias decoques, et mittis
in vas, in quo et uvas mittis. vas picari et gypsari facies,
et in locum frigidum, ubi sol accessum non habet, reponi
facies, et, quando volueris, uvas virides invenies. et ipsam
aquam pro hydromelli aegris dabis. et si in hordeo obruas,
inlaesas invenies. Vt mala et mala granata diu du- 2 (18)
rent: in calidam ferventem merge, et statim leva et sus-
pende. Vt mala Cydonia diu serventur: eligis 3 (19)
mala sine vitio cum ramulis et foliis, et condes in vas, et
suffundes mel et defritum; diu servabis. Ficum recen- 4 (20)
tem, mala, pruna, pira, cerasia ut diu serves:
omnia cum peciolis diligenter legito et in melle ponito, ne

---

**1** et in cibis miraberis sapores] ex incibis miraberis (-iris V) in sapores (-es *ex* -is V) EV, et in cibos miscebis et in sapores *Hum* tantundem *Vo, cf. p. 14, 3,* tantum EV numero V, numerum E **2** referetur *Barth,* referentur *α*, reserentur (reserarentur V$^1$) EV **3** de melle EV *in indice,* melle EV *hic,* mella ς*α* **4** cnecon *Vo,* nechon EV, *πηνίον Sch* **5** eo *α*, et EV es P, est EV **6** vendendum *praeceptum sumptum videtur ex libro aliquo de re rustica* **7** boni si E, bonis V Mel V, Vt mel E **8** helenium *α*, ilunium E$^1$, inlunium E$^2$V; *potest glossa* inula *graecum affecisse, nisi plane aliud latet; cf. Geopon. 15, 7, 7; conieci* in lychnum infundes mel et incende **9** incende (-es P) si incorruptum (si in-*ex* sin E) EV **10** Accipies E, -pes V **11** pluuialem E, *cf. Geopon. 4, 15, 13* ὄμβριον, fluuialem V dequoques (-es *ex*-as *corr.*) V **12** uas picari *α*, uas picem EV **13** sol E, solj *(in fine versus)* V habet reponi E, *cf. p. 10, 6,* habere poni V, habet poni ς*α* **15** aegris E, aegriu V **16** mala et mala granata *sic* EV **17** in calidam *sic* EV, in aquam marinam calidam *Sch ex Magone* (*Colum. 12, 44, 5*), *cf. Plin. 15, 60 al.* **19** foliis et condies EV, foliis ficulnis condes *Sch ex Colum. 12, 45, 1 Plin. 15, 60, sed aliud est praeceptum* **20** diu E, et diu V **22** peciolis *sic* EV

(21) 5 se contingant. Citria ut diu durent: in vas vitreum
(22) 6 mitte, gypsa, suspende. Mora ut diu durent: ex moris
sucum facito, et cum sapa misce, et in vitreo vase cum
(23) 7 moris mitte: custodies multo tempore. Holera ut diu
serventur: holera electa non satis matura in vas picitum
(24) 8 repone. Rapae ut diu serventur: ante accuratas et
compositas asperges myrtae bacis cum melle et aceto.
9 Aliter: sinapi tempera melle, aceto, sale, et super com-
(25) 10 positas rapas infundes. Tubera ut diu serventur.
tubera, quae aquae non vexaverint, componis in vas alternis,
alternis scobem siccam mittis, cooperis et gypsas, et loco
(26) 11 frigido pones. Duracina Persica ut diu durent:
eligito optima, et mitte in muriam. postera die exime, et
spongiabis diligenter, et collocabis in vas. fundes salem,
acetum, satureiam.

(29) XIII. Sales conditos ad multa: Sales conditi ⟨faciunt⟩ ad digestionem, ad ventrem movendum, et omnes morbos et pestilentiam et omnia frigora prohibent generari, sunt autem et suavissimi ultra quam speras. Sales communes frictos lib. I, sales Hammoniacos frictos lib. II, piperis albi unc. III, zingiberis unc. II, ammeos unc. I semis, thymi unc. I semis, apii seminis unc. I semis (si apii semen mittere nolueris, petroselini mittis unc. III), origani unc. III, erucae seminis unc. I semis, piperis nigri unc. III, croci unc. I, hysopi Cretici unc. II, folii unc. II, petroselini unc. II, anethi unc. II.

---

1 vitreum *Gi*, citrum EV  2 suspende P, suspendet EV  § 6 *in* E *legitur post § 9, in* V *post § 5*  Mora EV *in indice, hic om.* EV, *post* durent *add.* P  moris ς, moribus EV  3 misce et in uitrio uase (uaso V) cum mora (morã V, moris P) EV  5 uas picitum *sic* EV  6 ante accuratas *sic* EV, antea (anna R) curatas *Sch, at cf. exc. § 24*  7 asperges *Gi*, perdes EV  9 rapas ς, rapes EV  10 aquae (e *erasa*) V, aqua E  11 mittis cooperis *Vo*, mittis ris EV; *cf. p. 17, 6* cooperies, *Colum. 12, 44* operculum imponere, *Pallad. 3, 25, 8. 9. 11 al.*  13 postera *sic* EV  14 et is fongiabis EV  § 13 (29) *post* 14 (27) *ordinavit Sch, vide an recte*  16 sales V, salis E  multa *ex* mulia E  conditi *Tor*, conditos EV  17 faciunt *add. Vo*  18 pestilentiã V, -iae E  20 lib. V, libra E  hammoniacos *Hum*, ammonicos VE  21 libras E, lib. V  uncias E, unc̃ V  gingiber (geng- V) EV  22 semis timi *sic* EV  I · s · apii EV  I · s · si apii EV  24 eruc(a)e semen unc · I · s · EV  25 chrochi P, cheochi EV  folium unc. II petrosilenum EV

XIV. Olivas virides servare ut quovis tempore oleum facias: olivas de arbore sublatas in illud mittis, et erunt tales quovis tempore quasi mox de arbore demptae. de quibus, si volueris, oleum viride facies. (27)

XV. Cuminatum in ostrea et conchylia: piper, 1 (30)
ligusticum, petroselinum, mentam siccam, folium, malabathrum, cuminum plusculum, mel, acetum et liquamen. Aliter: piper, ligusticum, petroselinum, mentam siccam, cu- 2
minum plusculum, mel, acetum, liquamen.

XVI. Laseratum: laser Cyrenaicum vel Parthicum te- 1 (31)
pida dissolvis cum aceto ⟨et⟩ liquamine temperatum, vel piper, petroselinum, mentam siccam, laseris radicem, mel, acetum, liquamen. Aliter: piper, careum, anethum, petro- 2
selinum, mentam siccam, silfi, folium, malabathrum, spicam Indicam, costum modicum, mel, acetum, liquamen.

XVII. Oenogarum in tubera: piper, ligusticum, co- 1 (32)
riandrum, rutam, liquamen, mel et oleum modice. Aliter: 2
thymum, satureiam, piper, ligusticum, mel, liquamen et oleum.

XVIII. Oxyporum: cumini unc. II, zingiberis unc. I, rutae viridis unc. I, nitri scripulos VI, dactylorum pinguium scripulos XII, piperis unc. I, mellis unc. IX. cuminum aut Aethiopicum aut Syriacum aut Libycum aceto infundes, sicca et sic tundes. postea melle comprehendis. cum necesse fuerit, ⟨ex⟩ oxygaro uteris. (33)

XIX. Hypotrimma: piper, ligusticum, mentam aridam, nucleos pineos, uvam passam, caryotam, caseum dulcem, mel, acetum, liquamen, oleum, vinum, defritum aut caroenum. (34)

XX. Oxygarum digestibile: piperis semunciam, 1 (35)

---

2 illud EV *corruptum nisi* oleum *intellegi voluit (cf. Plin. nat. 15, 16),* muriam *Hum. ex Plin. nat. 15, 21* 4 demtę E, redemptae V uiridem EV 8 mentam E, mentẽ V, *item l. 12 et 14* 10 parthicum ς, partitum EV 11 et *add. Gi* 20 Oxyporum EV *hic,* Oxyporium EV *in ind. praeceptum redit 3, 18, 3* cumini E, cummuni V zingiberis *sic* EV 22 mellis (i *ex* e) V 23 aut aethiopicum EV *p. 21, 10,* uel &hiopicum *hic* E, uel hiopicũ *hic* V 25 ex oxygaro *Vo,* oxygaro (*ex* oxigario *corr.* V) EV 26 Hypotrimma EV *in indice,* ypotrima EV *hic* 28 oleum uinum E, uinũ oleũ (*sed signis* /˙ *et* /: *ordo correctus*) V 29 carenum *Hum,* cariotam EV, cariotum *Sch* 30 digestibilem EV *hic,* -le *in ind.*

silis Gallici scripulos III, cardamomi scripulos VI, cumini
scripulos VI, folii scripulum I, mentae siccae scripulos VI
tunsa cribrataque melle colligis. cum opus fuerit, liquamen
2 et acetum addis. Aliter: piperis unc. I, petroselini, carei,
ligustici unc. singulas. melle colliguntur. cum opus fuerit,
liquamen et acetum addes.

(36) XXI. Moretaria: mentam, rutam, coriandrum, feniculum, omnia viridia, ligusticum, piper, mel, liquamen. si opus fuerit, acetum addes.

## LIB. II. SARCOPTES

I. isicia. II. hydrogarum et apothermum et amulatum. III. vulvulae, botelli. IV. Lucanicae. V. farcimina.

(37) 1 I. ISICIA. 1. Isicia fiunt marina de cammaris et
astacis, de lolligine, de sepia, de lucusta. isicium condies
(38) 2 pipere, ligustico, cumino, laseris radice. Isicia de lolli-
gine: sublatis crinibus in fulmento tundes, sicuti adsolet.
pulpa et in mortario et in liquamine diligenter fricatur,
(39) 3 et exinde isicia plassantur. Isicia de scillis vel de
cammaris amplis: cammari vel scillae de testa sua
eximuntur, et in mortario teruntur cum pipere et liquamine
(40) 4 optimo. pulpa isicia plassantur. Omentata ita fiunt:
assas iecur porcinum et [eum] enervas. ante tamen teres
piper, rutam, liquamen, et sic superinmittis iecur et teres
et misces. suitur pulpa omentata, et singula involvuntur
folia lauri, et ad fumum suspenduntur quamdiu voles. cum
(41) 5 manducare volueris, tolles de fumo et denuo assas. ⟨Ali-
ter⟩ isicium: adicies in mortarium piper, ligusticum, ori-

---

1 silis *Hum,* silfi EV 2 iscripulum I E, iscripulo uno V menta sicca EV 3 cribrataque V, cribataque E 5 colliguntur *Sch,* colligunt ut EV 7 Moretaria E *hic,* Mortaria V *hic et* EV *in indice* 8 uiridia E, uiria V ligusticum ς, libusticum E, libuticũ V 10 LIB. II *cap. I* isicia *sic* EV *et hic et l. 13 bis, post fere semper* esici- II Hidrogarum et apotermu et amolatu EV IV lucanicae E, -niae V 15 esiciũ V, esicum E 16 crinibus E, criminib. V 17 pulpa P, pulma EV et in EV, et cum *Sch* fricatur ς, frigatur EV, friatur *Sch* 18 plassantur *sic* EV, *etiam v. 21* scillis *et* 19 scille E, iscillis *et* iscille V 20 pipere E, piper V 21 pulpa *Sch,* pulpe EV 22 eum EV, id eum P; *addidit rusticus lector (debuit* id) *cf.* eas *23, 14. 27, 11 al.* 24 suitur *Gi,* sicut EV, cf. *7, 8, 9, 10, 1* 26 defumum EV 27 Aliter esicium *Gi,* et sicium EV

ganum, fricabis, suffundes liquamen, adicies cerebella coc-
ta, teres diligenter, ne assulas habeat. adicies ova quinque
et dissolves diligenter, ut unum corpus efficias. liquamine
temperas et in patella aenea exinanies, coques. cum coctum
fuerit, versas in tabula munda, tessellas concides. adicies in
mortarium piper, ligusticum, origanum, fricabis in se, com-
misces, ⟨mittes⟩ in caccabum, facies ut ferveat. cum fer-
buerit, tractum confringes, obligas, coagitabis, et exinanies
in boletari. piper asperges et appones. I s i c i a e x s p h o n- 6 (42)
d y l i s: elixatos sphondylos conteres et nervos eorum exi-
mes, deinde cum eis alicam elixatam ⟨et⟩ ova conteres,
pipere ⟨posito⟩. in omento assabis, oenogaro perfundes, et
pro isiciis inferes. I s i c i a o m e n t a t a: pulpam concisam 7 (43)
teres cum medulla siliginis in vino infusi. piper, liquamen,
si velis, et bacam myrtae exenteratam simul conteres.
pusilla isicia formabis, intus nucleis et pipere positis.
involuta omento subassabis cum caroeno.

II. HYDROGARATVM ET APOTHERMVM ET AMVLA-
TVM. 1. I s i c i a p l e n a: accipies adipes fasiani recen- (44)
tes, praeduras et facis ex eo tessellas. cum pipere, liqua-
mine, caroeno in isicio includes, ex hydrogaro coques et
inferes. H y d r o g a r a t a i s i c i a s i c f a c i e s: teres pi- 2 (45)
per, ligusticum, pyrethrum minimum, suffundes liquamen;
temperas aqua cisternina, dum inducet; exinanies in cacca-
bo, et cum isicio ad vaporem ignis pones, et caleat, et
sic sorbendum inferes. I n i s i c i a d e p u l l o: olei floris 3 (46)

---

2 astulas EV habeat EV, -ant *Sch* 5 tesselles *corr. in* -as V, tesselas E 7 mittes *add. Vo* caccabum E, accubum V ferbuerit E, feruu- V, *sic saepissime* 8 tractu EV 9 *praeceptum 2, 1, 6 repetitur 3, 20, 7* fondilis *et* fondilos EV 10 contere EV *hic*, -es *p. 22, 6* 11 et *om* EV *hic, habent p. 22, 7* 12 posito *add. Gi, cf. tamen p. 22, 7 pleniora* in omento *Hum*, momento EV, *cf. p. 22, 8* oenagaro E perfundes *Hum*, profundes (p- E) EV, *cf. p. 22, 9* continges 14 siliginis *Tor*, siligine EV infusi EV, *vix opus erit scribere*-sae; infusa *Helmreich* 15 myrtae *Sch*, mirta *(erasa supra* a *virgula in V)* EV, mirteam P extenteratam EV 17 omento (*ex* em- E) EV careno (e *ex* o V) EV 18 Hydrogaratum *Hum*, Hidrogarum EV *et hic et in indice* apotermũ V, apthermum E 21 ex *Sch*, et EV 23 mininum E 24 aqua cisternina *Hum*, aquam cisterninam (cisternam E) EV inducet *sic* EV, *scil. tritura; possis* ducet cum isicio *Sch*, cum esicia EV, tum isicia *α* 26 de pullo *α*, topullo EV, *cf. Exc. § 2* olei E, oleo *corr. in* -ei V

(47) 4 lib. I, liquaminis quartarium, piperis semunciam. Aliter
de pullo: piperis grana XXXI conteres, mittis liquami-
nis optimi calicem, caroeni tantundem, aquae XI mittes,
(48) 5 et ad vaporem ignis pones. Isicium simplex: ad unum
liquaminis acetabulum aquae septem mittes, modicum apii
viridis, triti piperis cocleare. isiciola incoques, et sic ad
ventrem solvendum dabis. hydrogaro faeces conditi addes.
(49) 6 Isicia de pavo primum locum habent ita si fricta fuerint
ut callum vincant. Item secundum locum habent de fasia-
nis, item tertium locum habent de cuniculis, item quar-
tum locum habent de pullis, item quintum locum habent de
(50) 7 porcello tenero. Isicia amulata ab aheno sic fa-
cies: teres piper, ligusticum, origanum, modicum silfi,
zingiber minimum, mellis modicum; liquamine temperabis,
misces; adicies super isicia, facies ut ferveat. cum bene
bullierit, amulo obligas spisso, et sorbendum inferes.
(51) 8 Amulatum aliter: piper teres pridie infusum, cui sub-
inde liquamen suffundes ita ut bene tritum ac lutulentum
facias piperatum. cui defritum admisces, quod fit de co-
toniis, quod sole torrente in mellis substantiam cogitur.
quod si non fuerit, vel Caricarum defritum mittes, quod
Romani 'colorem' vocant. ac deinceps amulum infusum
adicies vel oryzae sucum et lento igni fervere facias.
(52) 9 Amulatum aliter: ossucla de pullis exbromas. deinde
mittis in caccabum porros, anethum, salem. cum cocta
fuerint, addes piper, apii semen, deinde oryzam infusam
teres, addes liquamen et passum vel defritum. omnia mis-
(53) 10 ces et cum isiciis inferes. Apothermum sic facies:

---

1 semuncia V, semiuncia E *intellege* Aliter in esicia de pullo 2 undecim EV, VI *Sch* mittes E, -is V 6 inquoques (conc- *Sch*) et sic (si *Lister*) EV 7 feces V, facies E 8 fuerint E, -it V 12 amulata *Hum,* multa EV aheno *Sch,* alieno EV *cf. § 420* 16 bullierit *Hum,* boluerit V, oluerit E inferes *Sch,* feres EV 17 amulatum *Hum,* amulum EV infusu V, infasu E 18 lutulentum *sic* EV 19 facias V, facies E cotoniis P, coctomiis (-mus E) EV 21 caricarum *Hum,* camcarum V, carum *corr. in* camcarum E, caunearum *Sch* 22 colorem *sic* EV, loram *(cf. Plin. nat. 14, 86)* *Tor. vix recte, aut ante* quod *inserendum* vel ac deinceps P, accede inceps EV, accipe deinceps *α*; *latere aliud videtur veluti* ac cepam siccam 23 orize *sic* EV igni ς, igniti EV 24 ossucla de pullis exbromas *sic* EV 26 fuerint P, fuerit EV addes *sic* EV oridiam EV 28 Apotermu EV

alicam elixa cum nucleis et amygdalis depellatis et in
aqua infusis et lotis ex creta argentaria, ut ad candorem
pariter perducantur. cui ammiscebis uvam passam, caroe-
num vel passum, desuper ⟨piper⟩ confractum asparges
et in boletari inferes.

III. VVLVVLAE BOTELLI. 1. Vulvulae isiciatae (54)
sic fiunt: piper tritum et cuminum, capita porrorum
brevia duo ad molle purgata, ruta, liquamen admiscentur
pulpae bene tunsae et fricatae. denuo ipso subtrito ita ut
commisceri possit, mittas piperis grana et nucleos, et cal-
cabis in †materia bene lota. et sic coquuntur ex aqua,
oleo, liquamine, fasciculo porrorum et anetho. Botellum 2 (55)
sic facies: sex ovi vitellis coctis, nucleis pineis con-
cisis cepam, porrum concisum, ius crudum misces, piper
minutum ⟨asparges⟩, et sic intestinum farcies. adicies li-
quamen et vinum, et sic coques.

IV. LVCANICAE. Lucanicas similiter ut supra scrip- (56)
tum est: [Lucanicarum confectio] teritur piper, cuminum,
satureia, ruta, petroselinum, condimentum, bacae lauri, li-
quamen, et admiscetur pulpa bene tunsa, ita ut denuo bene
cum ipso subtrito fricetur. cum liquamine admixto, pi-
pere integro et abundanti pinguedine et nucleis inicies in
intestinum perquam tenuatim productum, et sic ad fumum
suspenditur.

V. FARCIMINA. Ova et cerebella teres, nucleos pi- 1 (57)
neos, piper, liquamen, laser modicum, et his intestinum
implebis. elixas; postea assas et inferes. Aliter: coctam 2 (58)
alicam et tritam cum pulpa concisa et trita una cum
pipere et liquamine et nucleis. farcies intestinum et elixa-

---

1 elixa cum *Gi*, elixa *Sch*, elixā V, elixatam E amindalis depilatis EV 3 cui ammiscebis *Vo*, cum iam (cū iam iam V) miscebis (c *ex* s *in* V) EV 4 piper *add. Gi (cf. 7, 14, 2)* et *om* V$^1$
6 Bulbule esiciata (esiaciata V) et sic EV 8 rutam EV
9 denuo denuo V, denuo (*et* denuo *add.* E$^2$) E 10 cōmisceari V mittas *α*, mittat EV nucleos *Tor*, nuclei EV 11 materia (matrice *Lister*) bene lota EV, mortario bene loto *Hum*
13 sic VE$^2$, *om.* E$^1$ sex ovi *Sch*, ex oui E, exeouis V 14 ius *Hum*, tus EV 15 asparges *add. Gi* farcies *α*, facies EV
18 Luc. confectio *glossam del. Sch* 19 bacae *ex* baca E, bace V 22 integro E, -gre V 23 tenuatim E, -tī *ex* -tun *corr.* V productum *Hum*, perductum EV ad E, ad *(sed* a *radendo in* i *mutata)* V 28 tritā *α*, trita EV 29 piper EV farcies intestinum E, farcie sint testinū V

bis, deinde cum sale assabis et cum sinapi inferes, vel sic
(59) 3 concisum in disco. Aliter: alicam purgas et cum liqua-
mine intestini et albamine porri concisi minutatim simul
elixas. elixa tolles, pinguedinem concides et copadia pul-
pae, in se omnia commisces. teres piper, ligusticum, ova
tria, haec omnia in mortario permisces cum nucleis et
pipere integro. liquamen suffundes, intestina imples, elixas
(60) 4 et subassas, vel elixa tantum: appones. Aliter circellos
isiciatos: reples intestinum impensa isicii et circellum
facies rotundum; fumas. cum miniaverit, subassas, exornas,
oenogaro fasiani perfundes, sed cuminum addes.

## LIB. III. CEPVROS

**I. ut omne holus smaragdinum fiat. II. pulmentarium ad ventrem. III. asparagos. IV. cucurbitas. V. citrium. VI. cucumeres. VII pepones, melones. VIII. malvas. IX. cymas et cauliclos. X. porros. XI. betas. XII. holisera. XIII. rapas sive napos. XIV. raphanos. XV. holus molle. XVI. herbae rusticae. XVII. urticae. XVIII. intuba et lactucae. XIX. cardui. XX. [funduli sive] sphongili. XXI. caroetae.**

(61) I. DE HOLERIBVS. Vt omne holus smaragdi-
num fiat: omne holus smaragdinum fiat, si cum nitro
coquatur.
(62) 1 II. PVLMENTARIVM AD VENTREM: 1. betas minutas
et porros requietos elixabis, in patina compones. teres pi-
per, cuminum, suffundes liquamen, passum, ut quaedam
2 dulcedo sit. facias ut ferveat. cum ferbuerit, inferes. Si-
militer: polypodium in tepidam mittes. ubi mollierit, ra-
des, et minutum cum pipere et cumino trito in patinam fer-
(63) 3 ventem mittes et uteris. Aliter ad ventrem: facies

---

1 cum sale EV, cumino sale *Sch* 2 sic *i. elixum, non assatum* 3 albamine E, abamine V porri E, porro V 4 elixas. Elixa tolles P, elixas elixato tolles EV conpadia V 7 piper integro EV 8 elixam tantum EV, elixas tantum P 9 inpensam EV 10 miniauerit EV, fumauerit *Hum* 11 *de re cf. p. 14, 7* perfundes *Sch*, profundes EV cuminum EV, cuminatum *Gi* addes *Hum*, ates EV 12 Incipit eiusdem cepuros de oleribus lib. III *sic* EV *(item in fine libri); verba* de oleribus *recte capiti I denuo praefixerunt* EV *cap.* V cidrium EV VII pepones E, pemones V IX culiclus V, auliclos E XV olus molles EV XVIII intibae et EV XX funduli siue spondili EV XXI caroetae E, careotae V 14 fiat V, fit E nitro coquatur E, nitroquatur V 19 ferbuerit E, feruuerit *(erasa* u *priore)* V 21 cuminum tritum EV patenam E, -ena V

betaciorum fasces; deterge, ne laves. in eorum medium
nitrum asparges et alligas singulos fasces. mittes in aquam.
cum coxeris, condies patinam, cum eadem passum vel
caroenum et cuminum et piper asparges et oleum modi-
cum. ubi ferbuerit, polypodium et frusta nucum cum liqua-
mine teres, ⟨in⟩ ferventem patinam fundes, cooperies.
statim depones et uteris. [Aliter betacios Varro- 4 (64)
nis. Varro: 'betacios, sed nigros, quorum detersas radices
et mulsa decoctas cum sale modico et oleo vel sale, aqua et
oleo in se coctas iusculum facere et potari, melius etiam si
in eo pullus sit decoctus'.] Aliter ad ventrem: apios 5 (65)
virides cum suis radicibus lavabis et siccabis ad solem.
deinde albamen et capita porrorum simul elixabis in cacca-
bo novo, ita ut aqua ad tertias deferveat [id est ut ex tri-
bus eminis aquae una remaneat]. postea teres piper, li-
quamen et aliquantum mellis humore temperabis, et aquam
apiorum decoctorum colabis in mortario, et superfundes
apio. cum simul ferbuerit, appones, et, si libitum fuerit,
apios adicies.

III. ASPARAGOS. Asparagos siccabis, rursum in ca- (66)
lidam summittes: callosiores reddes.

IV. CVCVRBITAS. 1. Gustum de cucurbitis: cu- (67)
curbitas coctas expressas in patinam compones. adicies in
mortarium piper, cuminum, silfi modice, [id est laseris
radicem], rutae modicum, liquamine et aceto temperabis,

---

1 fasces *Hum*, facies EV deterge, ne] detergine EV, deterges *Hum, at cf. simillimum praeceptum Marcell. med. 30, 47* 2 nitrum *Hum*, nigrum EV 4 caroenim E, -nĩ *(sic)* V et piper *Hum*, et super EV 5 frustra EV 6 in *Hum, om.* EV 7 et *Hum*, ut EV Varronis ς, uarrones EV Varro *vere fragmentum esse arguere videtur sententiarum structura imperfecta; saturae περὶ ἐδεσμάτων iam attribuit Hum; addidit doctus lector* 9 mulsu decoctas EV 10 coctas *Gi*, cocta EV, coctos *Sch*, cocto *Tor* potari *sic* EV melius *eqs: iocus interlocutoris apud Varronem* 13 albamen *Hum*, albã EV, allia *Tor* ca cabo (c *erasa*) V 14 id est — remaneat *glossam agnovit Hum, cf. 1, 12, 1* 18 cum simul *sic* EV; *i.* '*simulac*' appones EV, abpones *Sch (cf. l. 7 et p. 18, 2* depones) 20 siccabis V, -it E rursum ς, sursum *bis* EV *(qui verba* sursum in calidam *repetunt)* 21 summittas (-itas V) EV Callossiores EV *qui hinc novum praeceptum ordiuntur* 22 gustum de cucurbatas cucurbitas coctas EV 24 piper ς, pipere EV id—radicem EV, *del.* ς 25 rutam modicum EV

mittes defritum modicum ut coloretur, ius exinanies in
patinam. cum ferbuerint iterum ac tertio, depones et piper
(68) 2 minutum asparges. Aliter cucurbitas iure colo-
casiorum: cucurbitas coques ex aqua in modum colo-
casiorum. teres piper, cuminum, rutam, suffundes acetum,
liquamen, temperabis, ⟨mittes⟩ in caccabum, cui adicies
.... et eas cucurbitas incisas, expressas in ius mittes ut
(69) 3 ferveant. amulo obligas, piper asparges et inferes. ⟨Ali-
ter⟩ cucurbitas more Alexandrino: elixatas cu-
curbitas exprimis, sale asparges, in patina compones. teres
piper, cuminum, coriandri semen, mentam viridem, lase-
ris radicem, suffundes acetum, adicies caryotam, nucleum,
teres, melle, aceto, liquamine, defrito et oleo temperabis,
et cucurbitas perfundes. cum ferbuerint, piper asparges
(70) 4 et inferes. Aliter cucurbitas elixatas: ex liqua-
(71) 5 mine, oleo, mero. Aliter cucurbitas frictas: oeno-
(72) 6 garo simplici et pipere. Aliter cucurbitas elixatas
et frictas: in patina compones, cuminatum superfundes,
(73) 7 modico oleo super adiecto. fervere facies et inferes. Ali-
ter cucurbitas frictas tritas: piper, ligusticum, cu-
minum, origanum, cepam, vinum, liquamen et oleum. amulo
(74) 8 obligabis in patina, et inferes. Aliter cucurbitas cum
gallina: duracina, tubera, piper, careum, cuminum, silfi,
condimenta viridia, mentam, apium, coriandrum, puleium,
†caromentam, mel, vinum, liquamen, oleum et acetum.

(75) V. CITRIVM. Sil montanum, silfi, mentam siccam, ace-
tum, liquamen.

(76) 1 VI. CVCVMERES. 1. Cucumeres rasos: sive ex li-
quamine, sive ex oenogaro: sine ructu et gravitudine tene-
(77) 2 riores senties. Aliter cucumeres rasos: elixabis cum
cerebellis elixis, cumino et melle modico, ⟨vel⟩ apii se-
mine, liquamine et oleo. ovis obligabis, piper asparges et

---

1 defreto EV 2 ferbuerint E, feruuerit V 3 iure colocesiorum EV 6 mittes *add. Gi, qui et vidit post* adicies *excidisse verbum aut verba* 8 Aliter *add. Hum* 12 cariotam E, caroetã V 13 aceto *Tor. et* oleo *Hum,* acetum *et* oleum EV 16 frictas *bis scripsit* V 17 piperem EV 24 mentam çepạṃ E, menta V 25 caromentam (-memtam V) EV, calaminṭham *Hum* et V, *om.* E 26 citrium V, citrum E, cidrium EV *in indice* 29 enogaro VE², onegaro E¹ 31 elixis V, elixabis E 31 cumino E, cucumino (cu-*erasis*) V vel apii semine *Hum,* apii semen EV 32 ovis *Sch,* bis EV

inferes. Aliter cucumeres: piper, puleium, mel vel 3 (78)
passum, liquamen et acetum. interdum et silfi accedit.

VII. PEPONES ET MELONES. Piper, puleium, mel vel (79)
passum, liquamen, acetum: interdum et silfi accedit.

VIII. MALVAS. Malvas minores ⟨in⟩ oenogaro ex liqua- (80)
mine, oleo, aceto. — Malvas maiores in oenogaro, pipere, liquamine, caroeno vel passo.

IX. CYMAS ET CAVLICVLOS. 1. Cymas: cuminum, 1 (81)
salem, vinum vetus et oleum. si voles, addes piper et ligusticum, mentam, rutam, coriandrum, folia cauliculorum, liquamen, vinum, oleum. Aliter: cauliculos elixatos me- 2 (82)
diabis, summa foliorum teres cum coriandro, cepa, cumino, pipere, passo vel caroeno et oleo modico. Aliter: cauli- 3 (83)
culi elixati in patina compositi condiuntur liquamine, oleo, mero, cumino. piper asparges, porrum, cuminum, coriandrum viride super concides. Aliter: cauliculi conditi ut 4 (84)
supra cum elixis porris coquantur. Aliter: cauliculos con- 5 (85)
dies ut supra, admisces olivas virides et simul ferveant.
Aliter: cauliculis conditis ut supra superfundes alicam 6 (86)
elixam cum nucleis et uva passa; piper asparges.

X. PORROS. 1. Porros maturos fieri: pugnum 1 (87)
salis, aquam et oleum: mixtum facies et ibi coques et eximes. cum oleo, liquamine, mero [et] inferes. Aliter 2 (88)
porros: opertos foliis cauliculorum [et] in prunis coques, ut supra, et inferes. Aliter porros: in † baca coctos ut 3 (89)
supra inferes. Aliter porros: ⟨si⟩ in aqua elixati erunt, 4 (90)
fabae nondum conditae plurimum admisce conditurae, in qua eos manducaturus es.

---

2 et acetū *bis scriptum in* V 3 Pepones E, Pemones V; *item in indice* uel *om.* V¹ 5 ⟨in *Gi*⟩ oenogaro *Hum,* degrano EV, de garo *Tor* 6 acetum EV in oenogara piper EV 8 coliclos EV *hic; cf. index* 9 et V, *om.* E 10 menta V colicorum EV 11 culiculos E²V, col- E¹ 12 foliarum EV 13 piper EV cauliculi E, cul- V, *item 16. 17* 14 elixati E, exati V conpositi E, -ta V 15 piper *Hum,* super EV 18 admisces E, -cis V olibas EV simul *sic* EV 19 culiculis E, -los V 20 piper *Vo,* super EV 23 liquamine *bis scriptum in* EV et inferes EV, condies et inf. *Gi;* et *delendum (cf. l. 26) aut abl. supplendus ut* et passo inf. 24 opertos E, apertos V, operias *Sch; maluimus delere* et coliculorum et in EV 25 baca EV, caccabo *Hum. an* aqua? *cf. Plin. nat. 20, 49* 26 inferes V, et inferes E si in *Sch,* in EV, cum in *Hum* aquam EV

(91) 1 XI. BETAS. Concides porrum, coriandrum, cuminum,
uvam passam † farinam, et omnia in medullam mittes. liga-
(92) 2 bis et ita inferes ex liquamine, oleo et aceto. Aliter
betas elixas: ex sinapi, oleo modico et aceto bene in-
feruntur.

(93) XII. HOLISERA. holisera in fasciculum redacta ⟨a⟩ manu ex liquamine, oleo et mero bene inferuntur, vel cum piscibus assis.

(94) 1 XIII. RAPAS SIVE NAPOS. 1. Rapas sive napos:
elixatos exprimes, deinde teres cuminum plurimum, rutam
minus, laser parthicum, mel, acetum, liquamen, defritum
(95) 2 et oleum modice. fervere facies et inferes. Aliter rapas
sive napos: elixas, inferes. oleum superstillabis; si voles,
acetum adde.

(96) XIV. RAFANOS. Rafanos cum piperato, ita ut piper cum liquamine teras.

(97) XV. HOLVS MOLLE. 1. Holus molle ex holisatro:
coctum ex aqua nitrata expressum concides minutatim, et
teres piper, ligusticum, satureiam siccam cum cepa sicca,
(98) 2 liquamen, oleum et vinum. Aliter holus molle: apium
coques ex aqua nitrata, exprimes et concides minutatim. in
mortario teres piper, ligusticum, origanum, cepam, vinum,
liquamen et oleum. coques in pultario, et sic apium com-
(99) 3 misces. Aliter holus molle ex foliis lactucarum
cum cepis: coques ex aqua nitrata, expressum concides
minutatim. in mortario teres piper, ligusticum, apii semen,
mentam siccam, cepam, liquamen, oleum et vinum. —
(100) [Aliter] Holus molle ne arescat, summa quaeque ampu-
tantur, et purgamenta et caules madefactos in aqua
apsinthi contegito.

(101) XVI. HERBAE RVSTICAE. Liquamine, oleo, aceto a manu vel in patina pipere, cumino, bacis lentisci.

---

2 farinam EV, Varianam *Sch ex Plin. 14, 29,* Phariam *Baseggio* 4 exsinapi E, et in api V 6 olisera *bis* EV, *hic et in indice* a *add. Vo, cf. l. 32* 7 oleo E, et oleo (et *erasum*) V 10 rutam E, ratã V, *an* rutae? 13 super istillabis EV 15 rafanos *bis* EV, *hic et in indice* 16 teras E, tereas V, *cf. p. 30, 2* 17 holus molle *bis* EV *hic,* olus molles *in indice* EV olisatro EV 18 coctum *Sch,* cocto EV minutatim *Hum,* minutum EV, minutim *Tor* 25 ẹx ạquẹṣ ex aqua E expressum *Hum,* expressa EV 28 Holus *Sch,* Aliter. Holus EV arescat EV, acescat *cod. Hummelbergii* 29 absenti EV 32 piper EV

XVII. VRTICAE. Vrticam feminam, sole in ariete po- (102)
sito, adversus aegritudinem sumes, si voles.
XVIII. INTVBA ET LACTVCAE. 1. *Intuba ex* liqua- 1 (103)
mine, oleo modico, † medere cepa concisa. pro lactucis vero
hieme intuba ex embammate vel melle et aceto acri. *Lac*- 2 (104)
*tucas* cum oxyporio et aceto et modico liquamine. *Ad* 3 (105)
*digestionem et inflationem et ne lactucae
laedant*: cumini unc. II, zingiberis unc. I, rutae viridis
unc. I, dactylorum pinguium scripulos XII, piperis unc. I,
mellis unc. IX; cuminum aut Aethiopicum aut Syriacum
aut Libycum. tundes cuminum et postea infundes in aceto,
cum siccaverit; postea melle omnia comprehendes. cum
necesse fuerit, dimidium cocleare cum aceto et liquamine
modico misces aut post cenam dimidium cocleare accipies.
XIX. CARDVI. 1. *Carduos*: liquamine, oleo et ovis 1 (106)
concisis. *Aliter carduos*: rutam, mentam, coriandrum, 2
feniculum, omnia viridia teres. addes piper, ligusticum,
mel, liquamen et oleum. *Aliter carduos elixos*: piper, 3
cuminum, liquamen et oleum.
XX. SPHONDYLI [vel fundili]. 1. *Sphondyli fricti* 1 (107)
ex oenogaro simplici. *Aliter*: *Sphondyli elixi* ex 2
sale, oleo, mero, coriandro viridi conciso et pipere integro.
*Aliter*: *sphondylos elixos* perfundes amulato infra 3 (108)
scripto: apii semen, rutam, mel, piper teres, passum, li-
quamen et oleum modice. amulo obligas, piper asperges et
inferes. *Aliter sphondylos*: teres cuminum, rutam, li- 4 (109)
quamen, caroenum modice, oleum, coriandrum viride et

---

3 INTVBAE ET (ł E) EV *cf. ind.* ex liq. E, et liq. V 4 oleo V, et oleo E modico medere EV, modico modicaque (modice *Hum*) *Tor,* modico comedere *Sch* 5 incube (t *ex* c *corr.* E²) exembammate E, intibę ex enbãmate V acri E, agri V 6 oxyporio et E, exyporio (*om.* et) V 3, 18, 3 *cf. 1, 18 de oxyporo* 7 digestione V 8 cumini V, cuminum E gingiberis E² *ex* -ber E¹, gengiƀ V 10 cuminum aut EV, *cf. p. 11, 23* 12 tundes V, tundis E cuminum *delendum?* infundes V, -dis E 13 necesse E, nece V cocleare cum *Sch,* coclearium E, cloclearũ V, cochlearium cum *Tor* 14 coclearem E, clocleare̅ V 17 faeniculum ς, fenicum EV 20 Sphondili (Sf-V) uel fundili. Sphondili (Sf-V) EV, *cf. index* funguli *suo Marte substituit Hum, potius vulgaris glossa* vel fundili *delenda. deinceps* V *exhibet semper* sfond-, E *vel* sphond- (sphund- E² 21) *vel* sfond- *vel* spond- 22 piper EV 23 elixos E³, -xo E¹V 27 uiridem EV

(110) 5 porrum. et sphondylos inferes pro salso. Aliter: sphondylos elixatos praedurabis, mittes in caccabum oleum,
(111) 6 liquamen, piper. passo colorabis et obligas. Aliter:
4 sphondylos oleo, liquamine complebis, vel oleo et sale
(112) 7 assabis. piper asparges et inferes. [Aliter: sphondylos elixatos conteres et nervos eorum eximes. deinde cum eis alicam elixatam et ova conteres, liquamen, piper. isicia ex his facies cum nucleis et pipere in omento. assabis, oenogaro continges et pro isiciis inferes].

(113) XXI. CAROETAE SEV PASTINACAE. 1. Caroetae
2 frictae oenogaro inferuntur. Aliter caroetas: sale,
3 oleo puro et aceto. Aliter: caroetas elixatas concisas in cuminato oleo modico coques et inferes. cuminatum colorium facies.

## LIB. IV. PANDECTER

**I. sala cattabia. II. patinae piscium holerum pomorum. III. minutal de piscibus vel esiciis. IV. tisana vel sucum. V. gustum.**

(116) I. SALA CATTABIA. (?) 1. Sala cattabia: piper, mentam, apium, puleium aridum, caseum, nucleos pineos, mel, acetum, liquamen, ovorum vitella, aquam recentem. panem ex posca maceratum exprimes, caseum bubulum, cucumeres in caccabulo compones, interpositis nucleis. mittes concisi capparis minuti .... iocusculis gallinarum. ius
2 perfundes, super frigidam collocabis et sic appones. Aliter sala cattabia Apiciana: adicies in mortario apii semen, puleium aridum, mentam aridam, zingiber, coriandrum viride, uvam passam enucleatam, mel, acetum, oleum

---

1 salso *sic* EV 3 passo *Hum,* passum EV 4 oleo liq. P, oleum liq. EV *praeceptum 3, 20, 7 male repetitur ex 2, 1, 6* 7 alicam E, -ca V 8 augmento EV *i.* omento *cf. p. 13, 12* 9 oenogairo V 10 Caroetae (Caro oetae V) seu pastinace (-ci E). Caroetae (Carotę E) fricta *sic* EV 12 oenagaro E 14 colorium *Sch,* coliorum EV, colicorum *Tor; addendumne* passo *vel* croco? 15 PANDECTER *sic quater* EV I cattabia *sic* EV II pastine EV holerum E, oleum V 16 cattabia EV *semper hic et deinceps;* caccabia (*melius* -bina) *Hum,* cottabia *Baseggio* 17 nucleo EV 18 aquã *α*, quam EV 20 interponesitis E 21 concisi capparis minuti iocusculis (loc- V) EV *quae certe lacunosa sunt*; concisas cepas aridas minute iocuscula (cum -lis *Gi*) *Hum ex p. 23, 2* 22 perfundes *Sch*, profundes EV 24 puleio EV coriandrum E, -dro V 25 uiridem EV

et vinum. conteres. adicies in caccabulo panis Picentini
frusta, interpones pulpas pulli, glandulas haedinas, caseum
Vestinum, nucleos pineos, cucumeres, cepas aridas minute
concisas. ius supra perfundes. insuper nivem sub ora as-
parges et inferes. A l i t e r s a l a c a t t a b i a: panem Alex- 3 (118)
andrinum excavabis, in posca macerabis. adicies in morta-
rium piper, mel, mentam, alium, coriandrum viride, caseum
bubulum sale conditum, aquam, oleum. insuper nivem, et
inferes.

II. PATINAE PISCIVM HOLERVM POMORVM. 1. P a - 1 (121)
t i n a c o t i d i a n a: cerebella elixata teres cum pipere. cu-
minum, laser cum liquamine, caroeno, lacte et ovis. ad
ignem lenem vel ad aquam calidam coques. A l i t e r p a - 2 (122)
t i n a v e r s a t i l i s: nucleos, nuces fractas; torres eas et
teres cum melle, pipere, liquamine, lacte et ovis. olei mo-
dicum. A l i t e r p a t i n a: thyrsum lactucae teres cum pi- 3 (123)
pere, liquamine, caroeno, aqua, oleo. coques, ovis obligabis;
piper asparges et inferes. A l i t e r p a t i n a f u s i l i s: 4 (124)
accipies holisatra, purgas, lavas, coques, refrigerabis,
restringes. accipies cerebella IV, enervabis, coques. adicies
in mortario piperis scripulos VI, suffundes liquamen, frica-
bis. postea adicies cerebella, fricabis iterum. adicies holi-
satra et simul conteres. postea franges ova VIII, adicias
cyathum liquaminis, vini cyathum, passi cyathum, contrita
simul temperabis. patinam perunges, impones in thermo-
spodio. postea cum coctum fuerit, piper asparges et inferes.
A l i t e r p a t i n a d e a s p a r a g i s f r i g i d a: accipies aspa- 5 (125)
ragos purgatos, in mortario fricabis, aqua suffundes, per-

---

1 picemtini V 2 frustra EV, III frustra ς (*male ex* -ni) 3 pineos nucleos E 4 perfundes V, fundes *corr. in* perf- E niuem ς, nuem EV sub ora (hora E): '*a latere et in margine*' *Hum* 5 alexandrinum V, $\overset{e}{\text{a}}$le- E 7 mel E, *om.* V uiridem EV 8 nivem *Baseggio*, uinum EV 10 Patine EV *hic*, Pastine EV *in indice* holerum *utrubique* E, oleũ *et hic et in indice* V 11 piper EV 12 carenum EV ouis E, obis *corr.* in ouis V 13 lenẽ V, le$\overset{n}{\text{u}}$em E aquã V, quam E 14 *praeceptum 4, 2, 2 redit fere 4, 2, 16* torres *Hum*, teres EV *cf. p. 27, 11* 16 tyrsum EV 17 aquam EV 18 asparges V, -is E 20 restringues EV, et friges *Hum* 21 piper EV 25 intermospodio V, interimospodio E 26 cum *Sch, cf. 6, 9, 15,* quod EV, quam *Hum.* 26 asparges V, -is E 27 asparagis V, aspargis E

fricabis, per colum colabis. Et mittes ⟨in caccabum⟩ fice-
dulas curatas. teres in mortario piperis scripulos VI, adi-
cies liquamen, fricabis, ⟨postea adicies⟩ vini cyathum
unum, passi cyathum unum, mittes in caccabum olei uncias
III. illic ferveant. perunges patinam, in ea ova VI cum
oenogaro misces, cum suco asparagi impones cineri calido,
mittes impensam supra scriptam. tunc ficedulas compones.
(126) 6 coques, piper asperges et inferes. Aliter patina de
asparagis: adicies in mortario asparagorum praeci-
suras, quae proiciuntur, teres, suffundes vinum, colas.
teres piper, ligusticum, coriandrum viride, satureiam,
cepam, vinum, liquamen et oleum. sucum transferes
in patellam perunctam, et, si volueris, ova dissolves
ad ignem, ut obliget. piper minutum asperges ⟨et inferes⟩.
(127) 7 Patinam ex rusticis, sive tamnis sive sinapi
viridi sive cucumere sive cauliculis: item facies;
si volueris, substernes pulpas piscium vel pullorum. [Ali-
(128) 8 ter] Patina de sabuco calida et frigida: accipies
semen de sabuco, purgabis, ex aqua decoques, paulum ex-
siccabis, patinam perunges et in patinam compones ad
surcellum. adicies piperis scripulos VI, suffundes liqua-
men, ⟨fricabis⟩, postea adicies liquaminis cyathum unum,
vini cyathum, passi cyathum, teres, tandem in patinam
mittes olei unc. IV, pones in thermospodio et facies ut
ferveat. cum ferbuerit, franges postea ova VI, agitabis et
patinam sic obligabis. cum obligaveris, piper asparges et
(129) 9 inferes. Patinam de rosis: accipies rosas et exfoliabis:

---

1 in caccabum *add. Gi* fecitulas EV 2 curatas *Hum*, curtas EV sex *Hum*, sed EV 3 postea adicies *add. Gi, ex l. 22 p. 23, 22* 4 I passi E uni passi V 6 asparagi *α*, -gis EV 7 inpensam V, -as E ficetulas *sic* EV compones V, conpones (*corr. ex* -poenes) E 8 asparges V, aspergis E 10 quae proiciuntur *quasi glossam del. Sch* 11 uiridem EV 12 transferes V, -ens E 14 et inferes *add. Gi* 15 rusticis *herbis quae secuntur* tannis EV 16 cucumeres EV item *Vo*, ita EV 17 Aliter patina EV 18 sabuco V, sabulo E 19 sabuco V, sambuco E paulum *Sch*, speculum EV 20 ad surcellum *'ad ignem sarmenticium; cf. Macrob. Sat. 7, 16, 23' Sch; intellegimus* surculatum, surcello agitatum 21 suffunde EV 22 fricabis *add. Hum 'ex scripto codice', nisi ille hunc locum conmiscuit cum p. 23, 21, vel p. 25, 2. 30, 3, neque enim in ullo inter ς codice legitur hic* fricabis 23 tandem *Sch*, tantum EV 24 olei V, oleum E 27 rosis *Hum*, coris EV rosas *Tor*, rosis EV

album tolles, mittes in mortarium, suffundes liquamen, fri-
cabis. postea mittes liquaminis cyathum unum semis, et
sucum per colum colabis. accipies cerebella IV, enervabis
et teres piperis scripulos VIII. suffundes ex suco, frica-
bis. postea ova VIII frangis, ⟨mittis⟩ vini cyathum unum
semis et passi cyathum unum, olei modicum. postea pati-
nam perunges et eam impones cineri calido, et sic impen-
sam supra scriptam mittes. cum cocta fuerit in thermo-
spodio, piperis pulverem super asperges et inferes. Pa- 10(130)
tina de cucurbitis: cucurbitas elixas et frictas in pa-
tina compones, cuminatum superfundes, modico oleo su-
per adiecto. fervere facias et inferes. Patina de apua: 11(131)
apuam lavas, ex oleo maceras, in Cumana compones, adi-
cies oleum, liquamen, vinum. alligas fasciculos rutae et ori-
gani, et subinde fasciculos apa † babtidiabis. cum cocta
fuerit, proicies fasciculos, et piper asperges et inferes.
Patina de apua sine apua: pulpas piscis assi vel 12(132)
elixi minutatim facies ita abundanter, ut patinam qualem
voles implere possis. teres piper et modicum rutae, suf-
fundes liquamen quod satis erit et olei modicum, et com-
misces in patina cum pulpis, sic et ova cruda confracta, ut
unum corpus fiat. desuper leniter compones urticas mari-
nas, ut non cum ovis misceantur. impones ad vaporem, ut
cum ovis ire non possint, et, cum siccaverint, super asper-
gis piper tritum et inferes. ad mensam nemo agnoscet quid
manducet. Patinam ex lacte: nucleos infundes et siccas. 13(133)
echinos recentes iam praeparatos habebis: accipies pati-
nam, et in eam compones singula infra scripta: mediana

---

1 tolles V, tollis E 2 unũ ·s· V, ·IS· E 4 ex V, et E 5 mittis *add. Vo* 7 perunges E, perunges et eam perunges V cinere EV *cf. p. 24, 6* 10 cucurbitis ς, -tas EV 12 apua abuam EV 14 rute et origanum et subinde ⟨fasciculos rute et origani et subinde *iteravit* V⟩ fasciculos apa babti diabis (apababdiabis V) dum (cum ς) cocta EV, *unde* fasc. cum apua (et apuam *Gi*) elixabis. cum *Hum: fortasse* fasc. et apuam ⟨elixabis et aceto⟩ baptizabis. cum 17 de abua sine abua EV 18 quale EV 19 possit EV 20 erit VE², erat E¹ 21 patina E, tina V 22 unũ corpus V, corpus unum E leniter E, euit̆ V ire EV, coire *Sch ex 9, 4, 1* 23 non E, *om.* V 24 et *Hum,* ut EV 27 echinos *Baseggio,* eos EV iam̄ praeparatos *Baseggio,* inpreparatos EV habebis ς, habetis (ab- E) EV 28 scriptã EV

malvarum et betarum et porros maturos, apios, holus molle
et viridia elixa, pullum carptum ex iure coctum, cerebella
elixa, Lucanicas, ova dura per medium incisa. mittes lon-
gaones porcinos ex iure Terentino farsos, coctos, concisos,
iecinera pullorum, pulpas piscis aselli fricti, urticas mari-
nas, pulpas ostreorum, caseos recentes. alternis compones,
nucleos et piper integrum asparges. ius tale perfundes:
piper, ligusticum, apii semen, silfi. coques. at ubi cocta
fuerit, lacte colas, cui cruda ova commisces, ut unum cor-
pus fiat, et super illa omnia perfundes. cum cocta fuerit,
⟨addes⟩ echinos recentiores, piper asperges et inferes.
(134) 14 Patinam Apicianam sic facies: ⟨accipies⟩ frusta
suminis cocti, pulpas piscium, pulpas pulli, ficedulas vel
pectora turdorum cocta et quaecumque optima fuerint;
haec omnia concides diligenter praeter ficedulas. ova vero
cruda cum oleo dissolvis. teres piper, ligusticum, suffundes
liquamen, vinum, passum, et in caccabum mittis ut cale-
fiat, et amulo obligas. antea tamen pulpas concisas uni-
versas illuc mittes, et sic bulliat. at, ubi coctum fuerit, leva-
bis cum iure suo et in patellam alternis de trulla refundes
cum piperis granis integris et nucleis pineis, ita ut per
singula coria substernas diploidem, dein laganum simi-
liter; quotquot lagana posueris, tot trullas impensae desu-
per adicies. unum vero laganum fistula percuties et su-
per impones. piper asparges. ante tamen illas pulpas ovis
confractis obligabis, et sic in caccabum mittes cum im-
pensa. patellam aeneam qualem debes habere infra osten-
(135) 15 ditur. Patina cotidiana: accipies frusta suminis cocti,
pulpas piscium coctas, pulpas pulli coctas. haec omnia
concides diligenter. accipias patellam aeneam, ova con-

---

1 holus molles EV 2 carptum ex *Sch ex 6, 9, 13,* raptum et EV 3 lucanicas *Sch,* lucania EV 4 coctos V, -us E 5 pollorum EV aselli *Hum,* ascelli EV 8 at E, ad V, *item l. 19* 9 lactem EV 11 addes *vel* mittes *add. Vo* echinos *Tor,* echino V, enchino (-ono E[1]) E 12 accipies *add. Vo ex l. 28* frustra EV 16 dissoluendis E 20 patella EV 21 grana integra EV 22 *an* pro singulis coriis*?* dein *Sch,* in EV, inde *Furlanetto* 23 quotquot ς, quodquo EV impensae *Hum, ex p. 27, 7,* imples EV 26 inpensam E, impensã (m *adrasa in* n) V 27 aeneã V, aeneum E infra] *ubi?* 28 frustra EV 29 cocti *l. 13,* coctam E, coctum V, cocta ς 30 concides *Hum ex l. 15,* condies EV *cf. p. 30, 28* accipias V, -es E

fringes in caccabum et dissolves. adicies in mortarium
piper, ligusticum, fricabis, suffundes liquamen, vinum, pas-
sum, oleum modice, reexinanies in caccabum, facies ut
ferveat. cum ferbuerit, et obligas. pulpas, quas subcultrasti,
in ius mittis. substerne diploides . . . . patinam aeneam, et
trullam plenam pulpae, et disparges oleum, ⟨et⟩ laganum
pones similiter. quotquot lagana posueris, tot trullas im-
pensae adicies. unum laganum fistula percuties, a super-
ficie versas in discum, in superficiem pones. piper asper-
ges et inferes. Patina versatilis vice dulcis: nu- 16(136)
cleos pineos, nuces fractas et purgatas, attorrebis eas, teres
cum melle, pipere, liquamine, lacte, ovis, modico mero et
oleo. Patellam tyrotaricham ex quocumque sal- 17(137)
so volueris: coques ex oleo, exossabis. et cerebella cocta,
pulpas piscium, iocuscula pullorum, ova dura, caseum
mollem excaldatum, haec omnia calefacies in patella. teres
piper, ligusticum, origanum, rutae bacam, vinum, mulsum,
oleum, ⟨in⟩ patella ad lentum ignem ⟨pones⟩ ut coquatur.
ovis crudis obligabis, adornabis, cuminum minutum aspar-
ges et inferes. Patellam siccam: isicia de thur- 18(138)
sione: enervabis, concides minutatim. teres piper, ligusti-
cum, origanum, petroselinum, coriandrum, cuminum, rutae
bacam, mentam siccam, ipsum thursionem. isicia defor-
mabis. ⟨Adicies⟩ vinum, liquamen, oleum. coques. coctum
in patellam collocabis. ius in ea facies: piper, ligusticum,
satureiam, cepam, vinum, liquamen, oleum. ⟨In⟩ patellam
pones ut coquatur. ovis obligabis, piper asparges et in-
feres. Patellam ex holisatro: elixas ex aqua nitrata, 19(139)
exprimis in patellam. teres piper, ligusticum, coriandrum,

---

1 mortarium V, -io E 4 *fortasse* ferveat, et amulo obligas. cum fervuerit, pulpas 5 substerne E, -nere V diplodies EV; *deest verbum; an* diploides: ⟨confundes⟩? 6 et ς, *om.* EV 7 quotquot E, quodquo V lagana *α cf. 26, 23,* lagas EV 9 in superficiem E, insuper insupficiem V 10 *praeceptum 4, 2, 16 fere i. q. 4, 2, 2* dulcis *Hum,* dulci V, dulce E 11 attorebis *α*, atorrebas EV 13 thirotarricam EV salso EV, pisce salso *cod. Hummelbergii, at cf. p. 28, 12. 15 al.* 15 pulpas V[1], pulpis EV[2] 18 in *et* pones *add. Gi* 19 adornabis *Baseggio,* adordinabis EV 20 siccam esicia EV, esitiatam *Gi; adi. desidero quale* Siculam tursone EV 21 eneruabis EV, *exspectabam* exossabis 23 turtionem EV *an* inde formabis? 24 adicięs *add. Gi* 26 in *Hum (an ex suo codice?), om.* EV 28 patellam E, -a V

satureiam, cepam, vinum, liquamen, acetum, oleum. trans-
feres in patellam, coques, amulo obligas. thymum et piper
minutum asparges. et de quacumque herba, si volueris,
(140) 20 facies ut supra. Patina de apua fricta: apuam lavas,
ova confringes et cum apua commisces. adicies liquamen,
vinum, oleum, facies ut ferveat, et cum ferbuerit, mittes
apuam. cum duxerit, subtiliter versas. facies ut coloret,
oenogarum simplex perfundes. piper asparges et inferes.
(141) 21 Patina ex lagitis et cerebellis: friges ova dura,
cerebella elixas et enervas, gigeria pullorum coques. haec
omnia divides praeter piscem, compones in patina prae-
mixta salsum coctum in medio pones. teres piper, ligusti-
cum, suffundes ⟨passum⟩, ut dulce sit. piperatum mittes
in patinam, facies ut ferveat. cum ferbuerit, ramo rutae
(142) 22 agitabis et amulo obligabis. Patina mullorum loco
salsi: mullos rades, in patina munda compones, adicies
⟨olei quod satis est et salsum interpones. facies⟩ ut ferveat.
cum ferbuerit, mulsum mittes aut passum. piper asparges
(143) 23 et inferes. Patina piscium loco salsi: pisces quales-
libet curatos friges, in patinam compones, adicies olei quod
satis est et salsum interpones. facies ut ferveat. cum fer-
(144) 24 buerit, mittes mulsam et ius agitabis. Patina piscium:
pisces qualeslibet rades et curatos mittes. cepas siccas Asca-
lonias vel alterius generis concides in patinam et pisces
super compones. adicies liquamen, oleum. cum coctum
fuerit, salsum coctum in medio pones. addendum acetum.
(145) 25 asparges et coronam bubulam. Patellam Lucretia-
nam: cepas pallachanas purgas (viridia earum proicies),
in patinam concides. liquaminis modicum, oleum et aquam.
dum coquitur, salsum crudum in medium ponis. at ubi cum
salso prope cocta fuerit, mellis cocleare asparges, aceti et

---

4 *admodum simile praeceptum de lagitis 4, 2, 26* apua lauas EV 5 apia EV 9 lagitis EV², lagatis V¹ dura *sic* EV 10 gigeria *Hum*, cizeria E, cizema V quoques V, coquis E 13 passum vel mulsum *add. Hum* dulce E, dulcis V 16 mullos EV², mullo V¹ 17 olei—facies *add. Sch. ex l. 20* 19 Patina V, -am E loco salsi E, locos alfi V 22 mulsam *sic* EV ius agitabis ς, insagitabis EV, *an* in se agitabis? *cf. p. 30, 16* 23 curatos *Hum*, duratos EV ascalonias *α*, -nas EV 27 coronam EV, cunilam *Sch. ex Plin. 19, 165* bubulã V, -lum *corr. in* -lam E 28 pallachanas (pala- E) EV; *cf. p. 9, 1, 1 et Plin. nat. 19, 105* 29 et VE², ex E¹ 31 mellis *Tor*, melle EV

defriti pusillum. gustas. si fatuum fuerit, liquamen adi-
cies, si salsum, mellis modicum. et coronam bubulam as-
pergis, et bulliat. Patinam de lagitis: lagitas rades, 26 (146)
lavas, ova confringis et cum lagitis commisces. adicies
liquamen, vinum, oleum, facies ut ferveat. cum ferbuerit,
oenogarum simplex perfundis. piper asperges et inferes.
Patina zomoteganon: a crudo quoslibet pisces lavas, 27 (147)
in patina compones. adicies oleum, liquamen, vinum, coc-
turam, fasciculum porri, coriandri. dum coquitur, teres piper,
ligusticum, origanum ⟨et coctum⟩ fasciculum, de suo
sibi fricabis, suffundes ius de suo sibi, ova cruda dissolves,
temperas. exinanies in patinam, facies ut obligetur. cum
tenuerit, piper asparges et inferes. Patina solearum: 28 (148)
soleas battues et curatas compones in patina. adicies
oleum, liquamen, vinum. dum coquitur, teres piper, ligusti-
cum, origanum, fricabis, suffundes ius, ova cruda et
unum corpus facies. super soleas refundes, lento igni co-
ques. cum duxerit, piper asparges et inferes. Patina 29 (149)
de piscibus: piperis unciam, caroeni heminam, con-
diti heminam, olei unc. II. Patina de pisciculis: uvam 30 (150)
passam, piper, ligusticum, origanum, cepam, vinum, li-
quamen, oleum. transferes in patellam. cum cocta fuerit,
adicies in ipsam pisciculos coctos. amulo obligas et in-
feres. Patina de piscibus dentice, aurata et 31 (151)

---

1 defreti E, -thi V fuerit *Hum*, efuerit EV, exuerit ς, exierit *Sch* 3 et bulliat *Sch*, ut bulliat EV 3 *cf. 4, 2, 20* 4 conmiscis EV 7 *idem praeceptum praebent excerpta Vinithari in codice Salmasiano § 13* zomoteganona (-ne E) crudos EV, pisces inotogonon *exc. Salm. bis in indice*, pisces inotocano *§ 11*, pisces inotogono a crudo *§ 13, cf. § 361* lavas *exc.*, *om.* EV 8 cocturam *Brandt*, coctum EV, *om. exc.* 10 ligisticum *exc.*, libustici E²V, liuestici E¹ origanum et coctum *Vo ex exc.* (et fasciculos quos elixasti), origani EV 11 fricabis E, frigabis V, *om. exc.* 12 obligetur (-&' V) EV, obliget *exc.* 13 tenuerit EV, bene tenuerit *exc.* aspergis E, aspargas V *§ 28 idem praeceptum in exc. Salm. § 19* 14 solearum EV, soliarum ex obis *exc.* battues et curatas EV, rades purgas *exc.; cf. Plin. nat. 9, 68* ferula verberatus 15 *post* vinum *addunt exc.* fasciculum porri et coriandri semen ligusticum EV, modicũ *exc.* 16 fricabis EV, *om. exc.* ius EV, iux suo sibi *exc.* oua cruda EV, adicies iuri dicim cruda oua *exc.* et in unum *exc.*, ut unum EV 17 facies EV *exc.* 20 uuam E, uuas V 24 dentice aurata et mugile *Hum*, denticem auratam et mugillem EV

mugile: accipies pisces, curatos subassabis, postea eos
in pulpas carpes. deinde ostrea curabis. adicies in mor-
tarium piperis scripulos VI, suffundes liquamen, fricabis.
postea adicies liquaminis cyathum unum, vini cyathum
unum, mittes in caccabum et olei unc. III et ostrea. oeno-
garum facies fervere. cum ferbuerit, patinam perunges et
in pulpam supra scriptam mittes et in condituram de
ostreis. facies ut ferveat. cum ferbuerit, franges ova XI,
infundes super ostrea. cum strinxerint, piper asparges et
(152) 32 inferes. Patina de pisce lupo: teres piper, cuminum,
petroselinum, rutam, cepam, mel, liquamen, passum, olei
(166) 33 guttas. Patina de sorbis calida et frigida: acci-
pies sorba, purgas, in mortario fricabis, per colum colabis.
cerebella enervabis IV cocta, mittes in mortario piperis
scripulos VIII, suffundes liquamen, fricabis. adicies sorba,
in se contemperabis, franges ova VIII, adicies cyathum
liquaminis unum. patinam mundam perunges et in ther-
mospodio pones, et sic eam impensam mittes, ac subtus
supra thermospodium ⟨calidam⟩ habeat. cum cocta fue-
(167) 34 rit, piper minutum asparges et inferes. Patina de Per-
sicis: Persica duriora purgabis, frustatim concides, elixas,
in patina compones, olei modicum superstillabis et cum
(168) 35 cuminato inferes. Patina de piris: pira elixa et purgata
e medio teres cum pipere, cumino, melle, passo, liqua-
mine, oleo modico. ovis missis patinam facies, piper super
(169) 36 asparges et inferes. Patina urticarum calida et
frigida: urticam accipies, lavas, colas per colum, exsic-
cabis in tabula, eam concides. teres piperis scripulos X,
suffundes liquamen, fricabis. postea adicies liquaminis
cyathos II, olei uncias VI. caccabus ferveat. cum ferbuerit,
coctum tolles ut refrigescat. postea patinam mundam per-
unges, franges ova VIII et agitabis. perfundes, subtus
supra cinerem calidam habeat. ⟨cum⟩ cocta ⟨fuerit⟩, piper

2 carpeas EV (*i.* carp$^{e}$as *archetypi*) *cf. p. 20, 16* 5 et ostrea ς, ea hostrea EV 6 feruiere E perungis EV 8 XI *Sch* XL V, quadraginta E; *p. 25, 24 in simili iure* oua VI 12 sorbas EV 16 frangis EV 17 unum ς, uinum EV 19 calidam *add. Vo ex l. 34* 20 aspargis EV persicis E, piscis V 21 frustratim EV 25 super $E^2$V, *om.* $E^1$ 28 concides V, condies E, *cf. p. 26, 30* 31 perungues *sic* EV 32 agitabis V, -tas E 33 calidam *sic* EV cum cocta fuerit *Gi ex l. 19,* coctam EV

minutum asparges et inferes. *Patina de Cydoneis*: 37 (170)
mala Cydonia cum porris, melle, liquamine, oleo, defri-
to coques et inferes, vel elixata ex melle.
III. MINVTAL DE PISCIBVS VEL ISICIIS. 1. *Minutal* 1 (171)
*marinum*: ⟨pones⟩ pisces in caccabum, adicies liquamen,
oleum, vinum, cocturam. porros capitatos, coriandrum mi-
nutatim concides, isiciola de pisce minuta facies et pulpas
piscis cocti concerpis, urticas marinas bene lotas mittes.
haec omnia cum cocta fuerint, teres piper, ligusticum, ori-
ganum, fricabis, liquamen suffundes, ius de suo sibi, exina-
nies in caccabum. cum ferbuerit, tractam confringes, obli-
gas, coagitas. piper asparges et inferes. *Minutal Te-* 2 (172)
*rentinum*: concides in caccabum albamen de porris mi-
nutatim, adicies oleum, liquamen, cocturam, isiciola valde
minuta, et sic temperas ut tenerum sit. isicium Teren-
tinum facies: inter isicia confectionem invenies. ius tale
facies: piper, ligusticum, origanum, fricabis, suffundes li-
quamen, ius de suo sibi, vino et passo temperabis. mittes
⟨in⟩ caccabum. cum ferbuerit, tractam confringes, obligas.
piper asparges et inferes. *Minutal Apicianum*: oleum, 3 (173)
liquamen, vinum, porrum capitatum, mentam, pisciculos,
isiciola minuta, testiculos caponum, glandulas porcellinas.
haec omnia in se coquantur. teres piper, ligusticum, co-
riandrum viride vel semen, suffundis liquamen, adicies
mellis modicum et ius de suo sibi, vino et melle tempera-
bis. facies ut ferveat. cum ferbuerit, tractam confringes,
obligas, coagitas. piper asparges et inferes. *Minutal* 4 (174)
*Matianum*: adicies in caccabum oleum, liquamen, coc-
turam, concides porrum, coriandrum, isicia minuta. spatu-
lam porcinam coctam tessellatim concides cum sua sibi
tergilla. facies ut simul coquantur. media coctura mala

---

1 cidoneis, *at* 2 cydonia EV 2 defrito *Brandt,* defricato EV 5 ⟨pones⟩ *add. Gi* 7 pulpas pisces E, pul|pasces (pis *ss. man. rec.*) V 8 concerpis *Hum,* concapis EV, cum cepis ς *male* 12 coagitas *Gi ex l. 27,* cum ferbuerit (feruu- V) agitas EV aspargis EV 14 ualde minuta *Sch,* uel deminuta (-ta *ex* -tī *corr.* V) EV 16 inter esiciam EV invenies: *in nostra epitoma non legitur* 19 in ς, *om.* EV tracta EV 20 piperis aspergis EV 22 caponum *α*, capronum EV *cf. Varro rust. 3, 9, 3;* caprorum *suo iure sprevit Sch* 23 quoquatur EV 26 facies E, -as V 27 aspargis EV 28 matianum *sic* EV 30 coctā V, -am *ex* -im *corr.* E

Matiana purgata intrinsecus, concisa tessellatim mittes. dum coquitur, teres piper, cuminum, coriandrum viride vel semen, mentam, laseris radicem, suffundes acetum, mel, liquamen, defritum modice et ius de suo sibi, aceto modico temperabis. facies ut ferveat. cum ferbuerit, tractam confringes et ex ea obligas. piper asparges et inferes.
(175) 5 Minutal dulce ex citriis: adicies in caccabo oleum, liquamen, cocturam, porrum capitatum, concides coriandrum minutatim, spatulam porcinam coctam et isiciola minuta. dum coquitur, teres piper, cuminum, coriandrum ⟨viride⟩ vel semen, rutam viridem, laseris radicem, suffundis acetum, defritum, ius de suo sibi, aceto temperabis. facies ut ferveat. cum ferbuerit, citrium purgatum intro foras, tessellatim concisum et elixatum in caccabum mittes. tractam confringes et ex ea obligas. piper asparges et in-
(176) 6 feres. Minutal ex praecoquis: adicies in caccabum oleum, liquamen, vinum, concides cepam Ascaloniam aridam, spatulam porcinam coctam tessellatim concides. his omnibus coctis teres piper, cuminum, mentam siccam, anethum, suffundis mel, liquamen, passum, acetum modice, ius de suo sibi, temperabis. praecoqua enucleata mittis, facies ut ferveant, donec percoquantur. tractam confringes,
(177) 7 ex ea obligas. piper asparges et inferes. Minutal ex iecineribus et pulmonibus leporis: invenies inter lepores quemadmodum facies. adicies ⟨in⟩ caccabum liquamen, vinum, oleum, cocturam, porrum et coriandrum concisum, isicia minuta, spatulam porcinam coctam tessellatim concisam, et in eundem caccabum inmittes. dum coquitur, teres piper, ligusticum, origanum, ius de suo sibi,

---

1 maziana EV 2 uiridem EV 3 suffundes E, -is V 6 asparges V, -is E 8 cocturum EV 9 et isiciola ς, et siciola EV 10 dum V, *item, sed* d *in loco adraso,* E cumino EV 11 viride(m) *add. Tor post* uel *erasae duae litterae* (ap*?*) *in* V ruta EV radicem *bis scripsit* E 13 purgatum V, -utum E 15 tractã V, tractatum E aspargis EV inferes V, -as *corr. in* -es E 16 praecoquis *Hum,* praecoques EV, -que *α* caccabo EV 17 concides (i *ex* e *in* E) EV ascaloniam E, ascoliniam V 18 concides EV$^2$, *om.* V$^1$ 19 omnib. V, hominibus E cumi inum E 21 praecoqua *Hum,* p̃coqui EV 22 tractam *Tor,* fracta EV confringis E, -es V 23 ex EV, et ex *Sch* aspargis EV 24 inter lepores *scil. 8, 9, 5* 25 adicies V, adies E in *om.* EV *hic* 26 coctura EV *hic* porrorum EV *hic, cf. p. 31, 29* 28 inmittes (inme- E′) EV *hic* 29 ligustium E

vino et passo temperabis. facies ut ferveat. cum ferbuerit, tractam confringes et ex ea obligas. piper asparges et inferes. M i n u t a l e x r o s i s: eodem iure supra scripto, 8 (178) sed passum plus adicies.

IV. TISANAM VEL SVCVM. 1. T i s a n a m s i c f a c i e s: (179) tisanam lavando fricas, quam ante diem infundes. impones supra ignem [calidum]. cum bullierit, mittes olei satis et anethi modicum fasciculum, cepam siccam, satureiam et coloefium, ut ibi coquantur propter sucum. mittes coriandrum viride et salem simul tritum et facies ut ferveat. cum bene ferbuerit, tolles fasciculum et transferes in alterum caccabum tisanam sic, ne fundum tangat propter combusturam. lias ⟨bene⟩ et colas in caccabulo super acronem coloefium. teres piper, ligusticum, pulei aridi modicum, cuminum et silfi frictum, ut bene tegatur. suffundis ⟨mel⟩, acetum, defritum, liquamen, refundis in caccabum super coloefium acronem. facies ut ferveat super ignem lentum. T i s a n a m b a r r i c a m: infundis cicer, lenticulam, pisam. 2 (180) defricas tisanam et cum leguminibus elixas. ubi bene bullierit, olei satis mittis et super viridia concidis porrum, coriandrum, anethum, feniculum, betam, malvam, cauliculum mollem. haec viridia minutatim concisa in caccabum mittis. cauliculos elixas et teres feniculi semen satis, origanum, silfi, ligusticum. postquam triveris, liquamine temperabis, et super legumina refundis et agitas. cauliculorum minutas super concidis.

---

2 fractã (fratitam E') EV aspargis EV 4 adicies V, -as E 5 *fere idem praeceptum redit 5, 5, 1* 7 calidum *inepta correctio, cf. ad p. 40, 23* 9 coloefium *Tor*, coloedium EV *hic*, coleuium (-inum E[1]) *p. 40, 25* EV, colocasium *Hum* 10 sale EV 13 lyas *Hum*, ligas EV bene EV *p. 40, 29, om.* EV *hic* super EV *p. 40, 29,* supra EV *hic* 14 coloefrium EV, *cf. p. 40, 30* 15 mel EV *p. 41, 2, om.* EV *hic* 16 super *Gi, sed* EV *et hic et p. 41, 3* 17 coloefium EV *cf. p. 41, 3* facias EV 18 barricam EV, taricham *Hum*, farricam *Sch; deest hoc nomen p. 41, 4 ubi idem praeceptum redit* pisa EV defricas EV *p. 41, 5,* defrixas EV *hic* 21 feniculum EV *p. 41, 7,* nuculum EV *hic* culiculum molle et uiridi minuta concisa EV, *cf. p. 41, 8* 22 haec EV *p. 41, 3,* et EV *hic* 23 elixas *p. 41, 9,* -xos EV *hic* 24 triueris *p. 41, 10,* tribueris EV *hic* 25 et agitess, iagites EV (i. ⁊agites *archetypi*), agitas *p. 41, 11* colicolorum EV 26 minutas EV *et hic et p. 41, 12,* minuta *Hum*, minutias *Tor*

(181) 1 V. GVSTVM. 1. **Gustum versatile**: albas betas minutas, porros requietos, apios, bulbos, cocleas elixas, gigeria pullorum ⟨et⟩ ascellas, isicia coques ex iure. perungis patinam et folia malvarum substernis et praemixta holera componis sic ut laxa⟨mentum habeant⟩, permisces bulbos inversos, Damascena, cocleas, isicia, Lucanicas breves concidis, liquamine, oleo, vino, aceto ponis ut ferveat. cum ferbuerit, teres piper, ligusticum, zingiber, pyrethrum modicum, fricabis, suffundis et facies ut bulliat patina. ova complura confringis et ius mortarii reliquum commoves, commisces, patinam obligabis. dum ducit, oenogarum ad eam sic facies: teres piper, ligusticum, fricabis, suffundis liquamen et vinum, passo temperabis vel vino dulci. temperabis in caccabulo, mittis olei modicum, facies ut ferveat. cum ferbuerit, amulo obligas. patinam versas in lancem, folia malvarum ante tollis, oenogaro perfundis, in-
(182) 2 super piper aspargis et inferes. **Gustum de holeribus**: condies bulbos liquamine, oleo et vino. cum cocti fuerint, iecinera porcelli et gallinarum et ungellas et ascellas divisas ⟨adicies⟩. haec omnia cum bulbis ferveant. cum ferbuerint, teres piper, ligusticum, suffundis liquamen, vinum et passum, ut dulce sit, ius de suo sibi suffundis, revocas in bulbos. cum ferbuerint, ad momentum amulo obligas.
(183) 3 **Gustum de cucurbitis farsilibus**: cucurbitas a latere subtiliter ad modum tessellae oblongae decidis et excavas et mittis in frigidam. impensam ad eas sic facies: teres piper, ligusticum, origanum, suffundis liquamen, cerebella cocta teres, ova cruda dissolves et mittes ut unum

---

2 requetos V, requietas E cocleas elixas V, coclios alixas E gigeria pullorum *Hum*, gingibera pullorum V, iap- *an* lapullorum E 3 et *add Vo, cf. l. 19* axillas *Tor. i.* ascellas *cf. l. 19*, aucellas EV proungis EV 4 folia V, filia E praemixta $E^2$V, perm- $E^1$ 5 laxamentum habeant *Gi ex p. 53, 10 al.*, laxa EV bulbos V, pulbos E 6 damascenas EV 11 conmiscis EV ducit *Hum*, ducis EV 13 dulce V$E^2$, dulces $E^1$ 14 mittis olei modicum V, olei modicum mittis E 15 uersas V, uersa E 16 profundis EV 17 holeribus (ol- V) EV *vix recte; exspectamus* bulbis 18 et *om.* $E^1$ fuerint $E^2$V, -it $E^1$ 19 ascellas (axillas *iam Tor*) *Vo*, scellas EV, aucellas *Hum* 20 adicies *add. Gi* bubis ferueat EV 24 cucurbitas EV 25 decidas EV 26 eas *Sch*, eam EV 28 mittes EV, misces *Sch ex p. 48, 14* pariter mittes *Tor*

corpus efficias; liquamine temperabis. et cucurbitas supra scriptas non plene coctas ex ea impensa imples, de tessella sua recludis, surclas et coctas eximis et frigis. oenogarum sic facies: teres piper, ligusticum, suffundis vinum et liquamen, passo temperabis, olei modicum mittis in caccabum et facies ut ferveat. cum ferbuerit, amulo obligas, et cucurbitas frictas oenogaro perfundis et piper aspargis et
inferes. G u s t u m d e p r a e c o q u i s : duracina primo- 4 (184)
tina [pusilla praecoquia] purgas, enucleas, in frigidam mittis, in patina componis. teres piper, mentam siccam, suffundis liquamen, adicies mel, passum, vinum et acetum. refundis in patinam super praecoqua, olei modicum mittis et lento igni ferveat. cum ferbuerit, amulo obligas. piper aspargis et inferes.

## LIB. V OSPREON

**I. pultes. II. lenticula. III. pisa. IV concicla. V. tisana et alica. VI. fabaciae virides et Baianae. VII. faenum Graecum. VIII. faseoli et cicer.**

I. PVLTES. 1. P u l t e s I u l i a n a e s i c c o q u u n t u r : (186)
alicam purgatam infundis, coques, facies ut ferveat. cum ferbuerit, oleum mittis, cum spissaverit, lias diligenter. adicies cerebella duo cocta et selibram pulpae quasi ad isicia liatae, cum cerebellis teres et in caccabum mittis. teres piper, ligusticum, feniculi semen, suffundis liquamen et vinum modice, mittis in caccabum supra cerebella et pulpam. ubi satis ferbuerit, cum iure misces. ex hoc paulatim alicam condies, et ad trullam permisces et lias, ut
quasi sucus videatur. P u l t e s c u m i u r e o e n o c o c t i : 2 (187)
pultes oenococti iure condies, copadia, similam sive alicam

---

2 ex E, et ex V 3 eximes E, exhimes (ime *in loco adraso*) V 4 facies V, -as E 7 et cucurbitas — oenogaro per *et* et piper — inferes *et v. 8* De praeco *in* V *scripsit manus altera in spatiis adrasis* 8 precoquiis dureina (-acina ς) primoticaEV 9 pusilla precoquia EV, *sed glossa videtur apposita ad* primotica 10 conteres (ss. ponis) E 12 patina EV precoquia EV 15 lib. V *in tit.* ospreo E, ostreo V, *at in calce libri* ospreo EV *cap. VI* fabacia EV balanae E VII fenum V, feno (ũ *s.* o) E *V 1, 1 fere idem praeceptum redit V 1, 4* 17 alica purgata EV

18 lias *Sch,* ligas EV 20 liate *sic* EV 23 ferbuerit *Hum,* fuerit EV *cf. p. 36, 14* 24 lias *sic* EV 25 oenococti EV, oenogari cocti *Tor* 26 pultes bene (beno V) cocti EV, pultes oenogari bene (bene *om. Hum)* cocti

coctam hoc iure condies, et cum copadiis porcinis apponis
(188) 3 aenococti iure conditis. Pultes tractogalatae: lactis
sextarium et aquae modicum mittes in caccabo novo et
lento igni ferveat. tres orbiculos tractae siccas et confrin-
gis et partibus in lac summittis. ne uratur, aquam miscendo
agitabis. cum cocta fuerit, ut est, super agninam mittis.
(189) ex melle et musteis cum lacte similiter facies, salem et
(185) 4 oleum minus mittis. Pultes: alicam purgatam infundis,
coques. cum ferbuerit, oleum mittis. cum spissaverit, adi-
cies cerebella duo cocta et selibram pulpae quasi ad isicia
liatae, cum cerebellis teres et in caccabum mittes. teres
piper, ligusticum, feniculi semen, suffundis liquamen et
meri modicum, et mittis in caccabum supra cerebella et
pulpam. ubi satis ferbuerit, cum iure misces. ex hoc pau-
latim alicam condies, et lias ut quasi sucus videatur.

(190) 1 II. LENTICVLA. 1. Lenticula ex sfondylis [sive
fondilis]: accipies caccabum mundum, ⟨mittes, coques⟩.
adicies in mortarium piper, cuminum, semen coriandri,
mentae, rutae, puleium, fricabis, suffundis acetum, adicies
mel, liquamen et defritum, aceto temperabis, reexinanies
in caccabo. sfondylos elixatos teres et mittis ut ferveant.
cum bene ferbuerint, obligas. adicies in boletari oleum
(191) 2 viride. Lenticulam de castaneis: accipies caccabum
novum, et castaneas purgatas diligenter mittis. adicies
aquam et nitrum modice, facies ut coquatur. cum coquitur,
mittis in mortario piper, cuminum, semen coriandri, men-
tae, rutae, laseris radicem, puleium, fricabis. suffundis ace-
tum, ⟨adicies⟩ mel, liquamen, aceto temperabis, et super
castaneas coctas refundis. adicies oleum, facies ut ferveat.

---

2 oeno cocti EV, oenogari cocti *Hum; cf. 8, 7, 11. 16 Exc. § 21 Petron. 47, 10. 74, 4* tractogalatae *Hum*, tractogalę EV, *cf. 6, 10, 13* 3 mittes V, -is E 4 sorbiculos EV 6 agitabis ς, sagittabis EV agninam *Gi*, ignem EV, inguen *Sch* 7 ex melle et *Gi*, melle ex EV 8 alicam E, alicã *(virgula erasa)* V 9 dum EV 11 liate *sic* EV 14 ferbuerit *Hum*, fuerit EV, *cf. p. 35, 23* misces $V^1$ -is $V^2$E 15 et lias *p. 35, 24*, sed us EV *hic* 16 ex fondilos siue fondilis *(post* ex *erasa* s *in* E*)* EV 17 mittes coques *add. Hum* 18 inmortarium V, imor- E 19 menta EV pulei EV, *at cf. l. 27 et p. 37, 5* 21 spyondilos EV 22 ferbuerint V, -it E 23 uiridem EV de castaneis *bis scriptum in* EV 25 coquitur V, -atur E 26 mentae E, mentã V 28 adicies *add. Gi*

cum bene ferbuerit, tudiclabis [ut in mortario teres]. gus-
tas: si quid deest, addes. cum in boletar miseris, addes
oleum viride. Aliter lenticulam: coquis. cum despuma- 3 (192)
verit, porrum et coriandrum viride supermittis. ⟨teres⟩
coriandri semen, puleium, laseris radicem, semen mentae
et rutae, suffundis acetum, adicies mel, liquamine, aceto,
defrito temperabis, adicies oleum, agitabis. si quid opus
fuerit, mittis. amulo obligas, insuper oleum viride mittis,
piper aspargis et inferes.

III. PISA. 1. Pisam coques. cum despumaverit, porrum, 1 (193)
coriandrum et cuminum supra mittis. teres piper, ligusti-
cum, [careum hoc est caravita] careum, anethum, ocimum
viride, suffundis liquamen, vino et liquamine temperabis,
facies ut ferveat. cum ferbuerit, agitabis. si quid defuerit,
mittis et inferes. Pisam farsilem: ⟨pisam⟩ coques. cui 2 (194)
oleum mittis. ⟨accipies⟩ abdomen, et mittis in caccabum
liquamen et porrum capitatum, coriandrum viride. imponis
ut coquatur. isicia minuta facies quadrata, et coques simul
turdos vel aucellas vel de pullo concisa et cerebella prope
cocta cum iuscello coques. Lucanicas assas, petasonem
elixas, porros ex aqua coques, nucleorum heminam frigis.
teres piper, ligusticum, origanum, zingiber, ius abdominis
fundis, lias. angularem accipies, qui versari potest, et
omentis tegis. oleo perfundis, deinde nucleos aspargis et
supra pisam mittis ut tegas fundum angularis, et sic com-
ponis supra petasonis pulpas, porros, Lucanicas concisas.
iterum pisam supermittis. item alternis aptabis obsonia,
quousque impleatur angularis. novissime pisam mittis, ut
intus omnia contineat. coques in furno vel lento igni im-
ponis, ut ducat ad se deorsum. ova dura facies, vitella

---

1 tudiclabis *Hum (cf. Varro Men. 287 Cels. 4, 25, 6 Marcell. med. 14, 44 Plin. med. p. 104, 1. 6),* tutunclabis EV, turundabis *Sch; cf. p. 38, 26* ut (*sic* EV) — teres *ut glossema inclusit Vo* gustas V, guttas E 2 addes V, -is E 3 uiridem EV despumaveris EV, *at cf. l. 10. p. 38, 5. 39, 5. 22. 28* 4 teres *add. Gi* 6 mel P, melle EV 8 uiridem EV 10 Pisa. pisum EV 12 careum hoc est carauita (*sic* V, caruitam E) careum EV, *glossema eiecit Sch* ocymum uiridem EV 15 pisam *add. Gi* 16 accipies *add. Vo* 19 concisa *Sch,* conciso V, ḍeconciso E 21 porros *Hum,* porro EV 22 gingiber E, geng- V 23 qui versari *Baseggio,* conuersari (cou- V) EV 24 perfundis *Gi,* prof- EV et *Hum,* ut EV 28 pisadmittis EV

eicies, in mortario mittis cum pipere albo, nucleis, melle,
vino candido et liquamine modico. teres et mittis in vas
ut ferveat. cum ferbuerit, pisam mittis in lancem, et hoc
(195) 3 iure perfundis. hoc ius candidum appellatur. P i s a m I n-
d i c a m: pisam coques. cum despumaverit, porrum et co-
riandrum concidis et mittis in caccabum ut ferveat. et acci-
pies sepias minutas, sic quomodo sunt cum atramento
suo, ut simul coquantur. adicies oleum, liquamen et vinum,
fasciculum porri et coriandri. facies ut coquantur. cum
coctum fuerit, teres piper, ligusticum, origanum, carei mo-
dicum, suffundis ius de suo sibi, vino et passo temperabis.
sepias minutatim concidis et in pisam mittis. piper aspar-
(196) 4 ges ⟨et inferes. A l i t e r:⟩ pisam coques, agitabis et mittis
in frigidam. cum refrigeraverit, denuo agitabis. concidis
cepam minutatim et albamentum ovi, oleo et sale condies,
aceti modicum adicies. in boletari vitellum ovi cocti colas,
(197) 5 insuper oleum viride mittis et inferes. P i s a m V i t e l-
l i a n a m s i v e f a b a m: pisam coques, lias. teres piper,
ligusticum, zingiber, et super condimenta mittis vitella
ovorum, quae dura coxeris, mellis unc. III, liquamen, vi-
num et acetum. haec omnia mittis in caccabum et condi-
menta quae trivisti. adiecto oleo ponis ut ferveat. condies
(198) 6 pisam, lias, si aspera fuerit. mel mittis et inferes. A l i t e r
p i s a m s i v e f a b a m: ubi despumaverit, teres mel, li-
quamen, caroenum, cuminum, rutam, apii semen, oleum et
vinum. tudiclabis. cum pipere trito et cum isiciis inferes.
(199) 7 A l i t e r p i s a m s i v e f a b a m: despumatam subtrito la-
sere Parthico, liquamine et caroeno condies. oleum modice
(200) 8 superfundis et inferes. P i s a m a d u l t e r a m v e r s a t i-
l e m: coques pisam. cerebella vel aucellas vel turdos

---

2 liquamines (s *erasa*) E 4 hoc ius E, ocius V Pisum (-am V) Indicum pisum EV 12 pisum EV asparges V, -gis E 13 et inferes *add. Gi* Aliter *add. Gi* pisum V, ipsum E 14 denuo *Vo*, deinde EV; *cf. p. 50, 24. 53, 12. 62, 10* 15 ouiṇoleo E 16 boletari *Hum*, boletam EV 17 uiridem EV 17 uitellianam EV, uitellinam ς 19 gingiber E, geng- V 20 III E, III teres V uinum *ẹx* uirium E 21 acetum E, aceta V condi///menta (*erasae* men; -ta *corr. ex* tum?) E, condimentum V 22 quae EV, quod ς 23 mel *Tor*, melle EV 24 pisa siue faba EV dispumauerit EV 26 tudiculabis *Hum*, tutunclabis EV, turundabis *Sch; cf. p. 37, 1* 27 lasare EV 28 liquamine P, -men EV 29 adulteram (d *ex* l) E 30 cerebellam EV

exossatos a pectore, Lucanicas, iecinera, gigeria pullorum
in caccabum mittis, liquamen, oleum. fasciculos porri capi-
tati, coriandrum viride concidis, et cum cerebellis coques.
teres piper, ligusticum et liquamen. Pisam sive fabam 9 (201)
Vitellianam: pisam sive fabam coques. cum despuma-
verit, mittis porrum, coriandrum et flores malvarum. dum
coquitur, teres piper, ligusticum, origanum, feniculi semen,
suffundis liquamen et vinum, ⟨mittis⟩ in caccabum, adicies
oleum. cum ferbuerit, agitas. oleum viride insuper mittis
et inferes.

IV. CONCHICLA. 1. ⟨Conchiclam⟩ cum faba: coques. 1 (202)
teres piper, ligusticum, cuminum, coriandrum viride, suf-
fundis liquamen, vino et liquamine temperabis, mittis in
caccabum, adicies oleum. lento igni ferveat et inferes.
Conchiclam Apicianam: accipies Cumanam mundam, 2 (203)
ubi coques pisam, cui mittis Lucanicas concisas, isiciola
porcina, pulpas, petasonem. teres piper, ligusticum, ori-
ganum, anethum, cepam siccam, coriandrum viride, suf-
fundis liquamen, vino et liquamine temperabis. mittis in
Cumanam, cui adicies oleum, pungis ubique, ut combibat
oleum. igni lento coques ita ut ferveat et inferes. Con- 3 (204)
chiclam de pisa simplici: pisam coques. cum de-
spumaverit, fasciculum porri et coriandri mittis. dum co-
quitur teres piper, ligusticum, origanum, fasciculum, de suo
sibi fricabis, suffundis ⟨liquamen, vino et⟩ liquamine tem-
perabis, mittis ⟨in Cumanam⟩. super adicies oleum, et
lento igni ferveat, et inferes. Conchicla Commo- 4 (205)
diana: pisam coques. cum despumaverit, teres piper, li-
gusticum, anethum, cepam siccam, suffundis liquamen, vino
et liquamine temperabis. mittis in caccabum ut combibat.
deinde ova quattuor solves, in sextarium pisae mittis, agi-

---

1 pec//tore (*erasae* ca) E gizeria EV 2 fascilos E porri *corr. in* -o E 5 fefabam coques E 8 mittis *add. Gi* 9 uiridem EV 11 Concicla EV, *et semper* conci- *deinceps* · ⟨conchiclam⟩ *add. Vo* 13 liquamine *Hum,* liquamen in ea EV 16 pisum EV 17 petasonem EV, -nis *Sch ex p. 37, 26* 20 ut combibat *Hum,* et cum bibat EV *cf. v. 30* 22 dispumauerit E 23 coandri E 24 origani P, *at cf. p. 29, 10* 25 liquamen vino et *add. Hum ex v. 29; cf. add.* 26 in cumanam *Gi,* in caccabum *add. Hum; cf. p. 40, 1* 28 dispumauerit (-rit *in loco adraso*) E 30 cum bibat V, bibat E, *cf. v. 20* 31 Deinde E²V, Dein E¹

tas, mittis in Cumanam, ad ignem ponis, ut ducat, et in-
(206) 5 feres. Aliter conchiclam sic facies: concidis pullum minutatim, liquamine, oleo et vino ferveat. concidis cepam, coriandrum minutum, cerebella enervata, mittes in eundem pullum. cum coctus fuerit, levas et exossas. concides minutatim cepam et coriandrum, colas ibi pisam coctam non conditam. accipies conchiclarem, pro modo componis varie. deinde teres piper, cuminum, suffundis ius de suo sibi. item in mortario ova duo dissolves, temperas, ius de suo sibi suffundis pisae integre elixae, vel nucleis
(207) 6 adornabis, et lento igni fervere facies et inferes. Aliter conchiclatus pullus vel porcellus: exossas pullum a pectore, femora eius iungis in porrectum, surculo alligas, et impensam [concicla farsilis] paras. et farcies alternis pisam lotam, cerebella, Lucanicas et cetera. teres ⟨piper⟩, ligusticum, origanum et zingiber, liquamen suffundis, passo et vino temperabis. facies ut ferveat, et, cum ferbuerit, mittis modice. et impensam cum condieris, alternis in pullo componis, omento tegis et in operculo deponis et in furnum mittis, ut coquantur paulatim, et inferes.

(208) 1 V. TISANAM ET ALICAM. 1. Alicam vel sucum tisanae sic facies: tisanam vel alicam lavando fricas, quam ante diem infundis. Imponis supra ignem. cum bullierit, mittis olei satis et anethi modicum fasciculum, cepam siccam, satureiam et coloefium, ut ibi coquantur. propter sucum mittis coriandrum viride et salem simul tritum et facies ut ferveat. cum bene ferbuerit, tollis fasciculum et transferes in alterum caccabum tisanam, sic ne fundum tangat propter combusturam. lias bene et colas in caccabo super acronem coloefium. teres piper, ligusticum, pulei

---

1 cumana EV 2 concidis $E^2V$, condis $E^1$ 4 cepa EV eneruatas EV 5 levas *Sch,* lauas EV 9 mortario (-io *ex* -ia) E 10 nuncleis E 12 concicla conciclatus EV, conchicla farsilis sive conchiclatus *Hum cf. v. 14* exossas *Hum,* exossatus EV 14 inpensam concicla farsilis paras EV; *glossema eiecit Sch, titulo praefixerat Hum* 16 piper *add.* $V^3$, *om.* $EV^1$ gingiber EV 18 impensam *Sch,* ipsam EV, pisam *Hum* cum condieris $E^2V$, cum dieris $E^1$ 20 coquantur *sic* EV 21 *cf. 4, 4, 1 p. 33, 5—17* 23 cum] ueldum cum EV (*i.* cum *ss.* uel dum); *ex p. 33, 7* calidum. cum *Hum* 25 coloefium *cf. p. 33, 9,* coleuium $E^2V$, coleuinum $E^1$ 28 alterum E, -ro V 29 ligas bene et colas EV 30 acronem colouium (-inum $E^1$) EV

aridi modicum, cuminum silfi frictum, ut bene tegatur. suf-
fundis mel, acetum, defritum, liquamen, refundis in cacca-
bum super coloefium acronem. facies ut ferveat super
ignem lentum. Aliter tisanam: infundis cicer, lenticu- 2 (209)
lam, pisam, defricas tisanam et cum leguminibus elixas.
ubi bene bullierit, olei satis mittis et super viridia concidis
porrum, coriandrum, anethum, feniculum, ⟨betam, malvam
cauliculum⟩ mollem. haec viridia minutatim concisa in
caccabum mittis. cauliculos elixas et teres feniculi semen
satis, origanum, silfi, ligusticum. postquam triveris, liqua-
mine temperas et super legumina refundis. agitas. cauli-
culorum minutas super concidis.

VI. FABACIAE VIRIDES ET BAIANAE. 1. Fabaciae (210)
virides ex liquamine, oleo, coriandro viridi, cumino et 14
porro conciso coctae inferuntur. Aliter: fabaciae fric- 2
tae ex liquamine inferuntur. Aliter: fabaciae ex si- 3
napi trito, melle, nucleis, ruta, cumino et aceto inferuntur.
Baianas elixas minutatim concidis. ruta, apio viridi, 4
porro, aceto, oleo, liquamine, caroeno vel passo modico
inferes.

VII. FAENVM GRAECVM. Faenum graecum ex li- (211)
quamine, oleo et vino.

VIII. FASEOLI ET CICER. 1. Faseoli virides et ci- 1
cer ex sale, cumino, oleo et mero modico inferuntur. Ali- 2
ter faseolus sive cicer: frictos ex oenogaro et pipere
gustabis. et elixati, sumpto semine cum ovis, in patella
feniculo viridi, pipere, liquamine et caroeno modico pro
salso inferuntur, vel simpliciter, ut solet.

---

1 silfi *p. 33, 15,* sil EV *hic* 3 super *Gi,* sed EV *et hic et p. 33, 16* coloefrim EV *cf. p. 33, 17* 4 *idem praeceptum p. 33, 18 seqq.* 5 elix⋛as (*erasa* i) E 7 betam maluam culiculum molle EV *p. 33, 22, omiserunt hic* 8 haec EV *hic,* et *p. 33, 22* uiridla E[1] *ut vid.* minutatim *Hum utrubique,* minuta EV *p. 33, 22,* mina *hic* 9 coliculos EV, *item* col- *v. 11* 10 silfi EV *et hic et p. 33, 24,* silfi piper ς 11 agitas EV *hic,* iagites EV *p. 33, 25* 12 minutas *sic* EV *et hic et p. 33, 26* 13 baianae E, baganae V, *cf. capitula* 15 conciso V, concis E 17 et *Hum,* ex EV 18 apio V, opio E 23 faseoli (-li *ex* -les) uirides E 25 fasiolus E 26 elixatis (eax- E[1]) EV ouis EV, lobis *Hum* (λοβοῖς) *vocabulo apud Romanos inaudito* 27 uiride EV pipere et *Hum,* piper et EV 28 simpliciter V, simpliter E ut *Tor,* et EV

# LIB. VI. AEROPETES

**I. In struthione. II. In grue vel anate perdice turture palumbo columbo et diversis avibus. III. In turdis. IV. In ficedulis. V. In pavo. VI. In fasiano. VII. In ansere. VIII. In pullo.**

(212) I. IN STRVTHIONE. 1. In struthione elixo: piper, mentam, cuminum assum, apii semen, dactylos vel caryotas, mel, acetum, passum, liquamen et oleum modice. et in caccabo facies ut bulliat. amulo obligas, et sic partes struthionis in lance perfundis, et desuper piper aspargis si autem in condituram coquere volueris, alicam addis.
2 Aliter ⟨in⟩ struthione elixo: piper, ligusticum, thymum aut satureiam, mel, sinape, acetum, liquamen et oleum.

(213) II. IN GRVE VEL ANATE PERDICE TVRTVRE PA-
1 LVMBO COLVMBO ET DIVERSIS AVIBVS. 1. Gruem vel anatem lavas et ornas et includis in olla. adicies aquam, salem, anethum, dimidia coctura decoques, dum obduretur, levas et iterum in caccabum mittis cum oleo et liquamine, cum fasciculo origani et coriandri. prope cocturam defritum modice mittis, ut coloret. teres piper, ligusticum, cuminum, coriandrum, laseris radicem, rutam, caroenum, mel, suffundis ius de suo sibi, aceto temperas. in caccabo reexinanies ut calefiat, amulo obligabis. imponis
(214) 2 in lance et ius perfundis. In grue ⟨vel⟩ in anate vel in pullo: piper, cepam siccam, ligusticum, cuminum, apii semen, pruna [uel] Damascena enucleata, mulsum, ace-
(215) tumi liquamen, defritum, oleum et coques gruem. cum coquis, caput eius aqua quam non contingat, sed sit foris ab aqua. cum cocta fuerit, de sabano calido involves gruem et caput eius trahe: cum nervis sequetur, ut pulpae vel

---

**1 LIB. VI *tit.* Aeropetes *Hum,* Tropetes (-is E *hic*) *et hic et in subscriptione* EV *capitula:* I. *hic omisit* V; in strutione E IV fecetulis (fet- E) EV 2 IN STRVTIONE V, IN STRVCTIONE E, *post (item l. 6. 8)* struti- EV 3 menta EV 6 lance V, lace E 7 conditurã V, -rum *corr. in* -ram E 8 in *om.* EV 9 sinaper (r *erasa*) E 12 columbo V, *om.* E 13 et ornas *Gi,* uel ornas EV, ornas *Hum* 15 leuas V, lauas E 17 coloret V, coleret E 21 grue vel in] grue in EV, grue uel ς 22 cepam V, capam E cumiminum E 23 pruna *Hum,* pruna uel EV, *cf. 10, 2, 1* mulsum *Gi,* mustum EV *cf. 10 2, 1* 24 grue EV 25 aqua quam non contingat (non tingat V) EV; quam non *i 'quam minime'* ab aqua (aquã V) EV 26 sauano EV 27 ut pulpe (-pe *ex* -be) E, ut in pulpe V**

ossa remaneant; cum nervis enim manducare non potes.
Gruem vel anatem ex rapis: lavas, ornas et in olla 3 (216)
elixabis cum aqua, sale et anetho dimidia coctura. rapas
coque, ut exbromari possint. levabis de olla, et iterum la-
vabis, et in caccabum mittis anatem cum oleo et liqua-
mine et fasciculo porri et coriandri. rapam lotam et minu-
tatim concisam desuper mittis, facies ut coquatur. modica
coctura mittis defritum ut coloret. ius tale parabis: piper,
cuminum, coriandrum, laseris radicem, suffundis acetum et
ius de suo sibi, reexinanies super anatem ut ferveat. cum
ferbuerit, amulo obligabis, et super rapas adicies. piper
aspargis et adponis. Aliter in gruem vel anatem 4 (217)
elixam: piper, ligusticum, cuminum, coriandrum siccum,
mentam, origanum, nucleos, caryotam, liquamen, oleum,
mel, sinape et vinum. Aliter gruem vel anatem 5 (218)
assam: eas de hoc iure perfundis: teres piper, ligusticum,
origanum, liquamen, mel, aceti modicum et olei. ferveat
bene. mittis amulum et supra ius rotulas cucurbitae elixae
vel colocasiae ut bulliant. si sunt, et ungellas coques et
iecinera pullorum. in boletari piper minutum aspargis et
inferes. Aliter in grue vel anate elixa: piper, li- 6 (219)
gusticum, apii semen, erucam vel coriandrum, mentam,
caryotam, mel, acetum, liquamen, defritum et sinape. idem
facies et si in caccabo assas.

III. IN PERDICE ET ATTAGENA ET IN TVRTVRE
ELIXIS. 1. ⟨In perdice⟩: piper, ligusticum, apii semen, 1 (220)
mentam, myrtae bacas vel uvam passam, mel, vinum, ace-
tum, liquamen et oleum. uteris frigido. ⟨Aliter⟩ per- 2 (221)
dicem: cum pluma sua elixabis et madefactam depilabis.
[perdices coctura]. occisa perdix potest ex iure coqui, ne

---

1 potest V, poștest E; *cf. p. 50, 20* 3 elixabis P, exiliabis EV 4 leuabis de V, lauabis de E 7 modica EV, media *Sch* 12 grue E 13 elixam E, in elixam V piper ligusticum E, ligusticum piper V 16 assam *Hum,* assas EV 19 colocasiae E, colocas V ungellas *Sch,* ungellae EV 20 iecinera V, iocinerẹa E boletari V, -rio E 21 elixa V, alixa E 22 erucam E, -ca V uel ς, et EV coriandri EV mentam E, -a V 24 facies P, faciet EV 25 perd ic≋ę (*erasa* r *vel* i) E attagena V, adtagenẹa E 26 in perdice *add. Vo* 27 mirtae *Sch,* mirtam et EV mel *Hum,* uel EV 28 Aliter *add. Gi* 29 elixabis *Hum,* elixas (-ias E) ibi EV; *vide tamen an* ibi *sit pro* deinde *ut p. 40, 9 et* et *delendum* 30 perdices EV, perdicẽ P; *glossam marginalem agnovit Brandt; cf. Sitz.-Ber. p, 23 s.* ne E, ñ V

(222) 3 indurescat; si † dierum fuerit, elixa coqui debet. In per-
dice et attagena et in turture: piper, ligusticum,
mentam, rutae semen, liquamen, merum et oleum. cale-
4 facies.

(223) IV. IN PALVMBIS COLVMBIS [auibus in altile et
1 in fenicoptero]. 1. In assis: piper, ligusticum, co-
riandrum, careum, cepam siccam, mentam, ovi vitellum,
(224) 2 caryotam, mel, acetum, liquamen, oleum et vinum. Aliter
⟨in⟩ elixis: piper, careum, apii semen, petroselinum,
condimenta moretaria, caryotam, mel, acetum, vinum,
(225) 3 oleum et sinape. Aliter: piper, ligusticum, petroselinum,
apii semen, rutam, nucleos, caryotam, mel, acetum, li-
(226) 4 quamen, sinape et oleum modice. Aliter: Piper, ligusti-
cum, laser vivum, suffundis liquamen, vino et liquamine
temperabis, et mittis super columbum vel palumbum. pi-
pere aspersum inferes.

(227) 1 V. IVS IN DIVERSIS AVIBVS. 1. Piper, cuminum fric-
tum, ligusticum, mentam, uvam passam enucleatam aut
Damascena, mel modice. vino myrteo temperabis, aceto,
liquamine et oleo. calefacies et agitabis apio et satureia.
(228) 2 Aliter ius in avibus: piper, petroselinum, ligusticum
mentam siccam, cneci flos, vino suffundis, adicies Ponti-
cam vel amygdala tosta, mel modicum ⟨cum⟩ vino et
aceto, liquamine temperabis. oleum in pultarium super
ius mittis, calefacies, ius agitabis apio viridi et nepeta.
(229) 3 incaraxas et perfundis. Ius candidum in avem eli-
xam: piper, ligusticum, cuminum, apii semen, Ponticam
vel amygdala tosta vel nuces depellatas, mel modicum, li-
(230) 4 quamen, acetum et oleum. Ius viride in avibus: piper,

---

1 dierum EV, dura P, *latet aliud* 5 palumbus E auibus— fenicoptero *delevit Sch; illud* altile *videtur ortum ex p. 45, 11* aliter avem *vel ex p. 45, 9* altiliorem 9 in P, *om.* EV 10 condimenta *Hum,* -tam E, -tũ V moretaria E, mortaria V 11 Aliter E²V, Alite E¹ 14 laser uiuum E, laserum uinum V, *cf. 46, 13. 25 exc. Salm. § 25, Niedermann ad Marcell. med. p. 157, 29* liquamen E, -ine V 15 piper EV 19 damascena E, -nã V myrtheo *Hum,* myrto EV 20 liquamine E, -men V et satureia E²V, *om.* E¹ 22 cneci flores *Sch,* eneci flos EV *quod videtur pro indeclinabili vel pro neutro in usu fuisse, cf.* aeris flos *Marcell. med. ed. Niedermann p. 297 II* 23 cum *add. Gi* 25 api..o E uiridi V, -de *ex* -do *vel* -d& E 28 amigdalam tostam EV depelatas V, depilatas E

careum, spicam Indicam, cuminum, folium, condimenta
viridia omne genus, dactylum, mel, acetum, vinum modice,
liquamen et oleum. Ius candidum in ansere elixo: 5 (231)
piper, careum, cuminum, apii semen, thymum, cepam, la-
seris radicem, nucleos tostos, mel, acetum, liquamen et
oleum. Ad aves hircosas omni genere: piper, li- 6 (232)
gusticum, thymum, mentam aridam, calvam, caryotam, mel,
acetum, vinum, liquamen, oleum, defritum, sinape. avem
sapidiorem et altiliorem facies et ei pinguedinem servabis,
si eam farina oleo subacta contextam in furnum miseris.
Aliter avem: in ventrem eius fractas olivas novas mit- 7 (233)
tis et consutam sic elixabis. deinde coctas olivas eximes.

VI. IN PHOENICOPTERO. 1. Phoenicopterum eli- 1 (234)
beras, lavas, ornas, includis in caccabum, adicies aquam,
salem, anethum et aceti modicum. dimidia coctura alligas
fasciculum porri et coriandri, et coquatur. prope coctu-
ram defritum mittis, coloras. adicies in mortarium piper,
cuminum, coriandrum, laseris radicem, mentam, rutam, fri-
cabis, suffundis acetum, adicies caryotam, ius de suo sibi
perfundis. reexinanies in eundem caccabum, amulo obligas,
ius perfundis et inferes. idem facies et in psittaco. Aliter: 2 (235)
assas avem, teres piper, ligusticum, apii semen, sesamum
frictum, petroselinum, mentam, cepam siccam, caryotam;
melle, vino, liquamine, aceto, oleo et defrito temperabis.

VII. AVES OMNES NE LIQVESCANT: cum plumis (236)
elixare omnibus melius erit. prius tamen exenterantur per
guttur vel a navi † as sublata.

VIII. ⟨IN ANSERE.⟩ Anserem elixum calidum (237)
ex iure frigido Apiciano: teres piper, ligusticum,
coriandri semen, mentam, rutam, refundis liquamen et
oleum modice, temperas. anserem elixum ferventem sa-
bano mundo exsiccabis, ius perfundis et inferes.

---

1 spica indica EV 6 genere *Sch,* gere EV 7 mentã V, menta E 9 altiliorem *Sch,* altiorem EV *dubito an probe* 10 farina oleo subacta *Hum,* farinam oleo subactam EV 12 eximens EV 13 fenicoptero. fenicopterum EV eliberas EV, elixabis *α*, elixas *Hum* 15 et coquatur *Sch,* ut c. EV 21 psittato EV 23 cepã V, capem E 26 elixare *Gi,* elixate EV, -to *Sch* 27 vel a navi *(sic Baseggio)* ac sub latera *Gi,* uel in abias sublata EV, vel in ambigas sublatae *Hum; cf. p. 46, 10. 24* 28 IN ANSERE *add. Vo* 29 ex *α*, et EV 30 liquã V, -men *ex* -mine $E^{1}$

(238) 1 IX. ⟨IN PVLLO.⟩ 1. In pullo elixo ius crudum:
adicies in mortarium anethi semen, mentam siccam, laseris
radicem, suffundis acetum, adicies caryotam, refundis li-
quamen, sinapis modicum et oleo ⟨et⟩ defrito temperas
(239) et sic mittis. pullum anethatum mellis modico ⟨et⟩ liqua-
mine temperabis. levas pullum coctum et sabano mundo
siccas, caraxas et ius scissuris infundis, ut combibat, et
cum combiberit, assabis et suo sibi iure penitus tangis.
(240) 2 pipere aspersum inferes. Pullum Parthicum: pullum
aperies a navi et in quadrato ornas. teres piper, ligusti-
cum, carei modicum; suffunde liquamen; vino temperas.
componis in Cumana pullum et condituram super pullum
facies. laser [et] vivum in tepida dissolvis, et in pullum mit-
(241) 3 tis simul, et coques. pipere aspersum inferes. Pullum
oxyzomum: olei acetabulum maius, ⟨laseris⟩ satis mo-
dice, liquaminis acetabulum minus, aceti acetabulum per-
quam minus, piperis scripulos sex, petroselini scripulum,
(242) 4 porri fasciculum. Pullum Numidicum: pullum curas,
elixas, lavas, lasere ac pipere ⟨aspergis⟩ et assas. teres
piper, cuminum, coriandri semen, laseris radicem, rutam,
caryotam, nucleos, suffundis acetum, mel, liquamen et
oleum, temperabis. cum ferbuerit, amulo obligas, pullum
(243) 5 perfundis, piper aspergis et inferes. Pullum lasera-
tum: pullum aperies a navi, lavabis, ornabis et ⟨in⟩ Cu-
mana ponis. teres piper, ligusticum, laser vivum, suffun-

1 IN PVLLO *add. Vo* 2 *fortasse ex 7, 6, 13, praecepto simillimo post* mortarium *addendum* piper *et v. 3* mel *ante* liquamen 4 oleo et *Vo ex 7, 6, 13 p. 52, 30,* oleum EV 5 *a* pullum anetatum *novum praeceptum ordiuntur* EV, *vide an recte; totum sic constituit Hum:* mittis ⟨in⟩ pullum anetatum *(scil. ius ante descriptum).* ⟨Aliter pullus⟩. Mellis modice *eqs.* modico et *Vo,* modice EV 6 levas *Sch,* lauas EV 7 conuiuat et cũ conuiuerit (uiuerit *om.* con E) EV 8 penitus tangis *Vo,* pertangis *Hum,* pinnis tongis (ton⁻gis E) EV 9 pipere E, pip V particum E, partiũ V 11 suffunde *sic* EV 13 vivum *Vo*, et uinum EV *cf. p. 44, 14* in tepida *Baseggio,* interidas EV 14 piper EV 15 oxizomum EV olei V, oleum E maiorem EV laseris satis *Gi,* satis EV 16 *et* 17 minorem EV 17 scripulos E, -lis V petrosilenum (-lin-E) EV scriptulum EV 18 porros EV numidicum E, -dum V 19 lasere ac pipere aspergis et *Gi,* laseras piper et EV, lasere et pipere aspersum *Hum* 23 laseratum E, rasseratum V 24 aperies a navi *Hum,* asperges anabi EV in P, *om.* EV 25 laser uiuum *sic* EV, *cf. ad p. 44, 14*

dis liquamen, vino et liquamine temperabis, et mittis pullo.
coctus si fuerit, pipere aspersum inferes. Pullum par- 6 (244)
optum: laseris modicum, piperis scripulos sex, olei ace-
tabulum, liquaminis acetabulum, petroselini modice. Pul- 7 (245)
lum elixum ex iure suo: teres piper, cuminum, thymi
modicum, feniculi semen, mentam, rutam, laseris radicem,
suffundis acetum, adicies caryotam et teres; melle, aceto,
liquamine et oleo temperabis ⟨et in⟩ pullum refrigeratum
et siccatum mittis; quem perfusum inferes. Pullum 8 (246)
elixum cum cucurbitis elixis: iure supra scripto,
addito sinapi, perfundis et inferes. Pullum elixum cum 9 (247)
colocasiis elixis: supra scripto iure perfundis et in-
feres. ⟨idem⟩ facis et in elixum cum olivis columbadi-
bus. . . . . non valde, ita ut laxamentum habeat, ne dissiliat 10 (248)
dum coquitur in olla, submissus in sportella. cum bullierit,
frequenter levas et ponis ne dissiliat. Pullus Varda- 11 (249)
nus: pullum coques iure hoc: liquamine, oleo, vino, ⟨cui
mittis⟩ fasciculum porri, coriandri, satureiae. cum coctus
fuerit, teres piper, nucleos, ⟨adicies liquaminis⟩ cyathos
duos et ius de suo sibi suffundis et fasciculos proicies.
lacte temperas, et reexinanies mortarium supra pullum,
ut ferveat. obligas eundem albamentis ovorum tritis, ponis
in lance et iure supra scripto perfundis. hoc ius candidum
appellatur. Pullum Frontonianum: pullum praedura, 12 (250)
condies liquamine, oleo mixto, cui mittis fasciculum anethi,
porri, satureiae et coriandri viridis, et coques. ubi coctus
fuerit, levabis eum, in lance defrito perunges, piper aspar-
gis et inferes. Pullus tractogalatus: pullum coques 13 (251)

---

1 pullo *Sch*, pullum EV 2 piper EV paroptum *sic* EV 8 et *a*, ex EV et in *add. Vo* *a* pullum *nova sectio orditur in* EV 9 siccatum mittis *Hum*, mittis siccatum EV 11 sinape perfundis *Hum*, sinape piper fundis EV 12 cologasiis EV 13 idem facis *Vo*, facit EV elixum cum *Hum*, elixam et in EV columbadibus *Hum*, columbaribus (-bir E) EV; *post hoc verbum lacunam indicavit Vo, deest praecepti initium cf. p. 48, 16. 53, 10* 15 ollam *et* sportellam EV 16 levas *Sch*, lauas EV uardanus EV, Varianus *Hum, cf. Sitz.-Ber. p. 34, 1* 17 cui mittis *add. Gi* 18 satureie P, -reia EV 19 adicies liquaminis *add. Gi* 21 lacte *Hum*, lac EV mortarium *Sch*, inmortarium EV 22 ut EV, et *Sch* tritis EV, tribus *Sch* 23 candidum V, *item, sed altera* d *a man. 2 in loco adraso* E 24 frontonianum E$^2$V, frotito- E$^1$ 26 satureie P, -reia EV 27 levabis *Hum*, lauabis EV, *item p. 48, 2.*

liquamine, oleo, vino, cui mittis fasciculum coriandri, cepam. deinde, cum coctus fuerit, levabis eum de iure suo et mittis in caccabum novum lac et salem modicum, mel et aquae minimum, id est tertiam partem. ponis ad ignem lentum ut tepescat, tractum confringis et mittis paulatim, assidue agitas, ne uratur. pullum illic mittis integrum vel carptum, versabis in lancem, perfundis ius tale: piper, ligusticum, origanum, suffundis mel et defritum modicum, et ius de suo sibi, temperas. in caccabulo facies ut bulliat.
(252) 14 cum bullierit, amulo obligas et inferes. P u l l u s f a r s i l i s: pullum sicuti liquaminatum a cervice expedies. teres piper, ligusticum, zingiber, pulpam caesam, alicam elixam, teres cerebellum ex iure coctum, ova confringis et commisces, ut unum corpus efficias. liquamine temperas et oleum modice mittis, piper integrum, nucleos abundanter. fac impensam et imples pullum vel porcellum, ita ut laxa-
(253) mentum habeat. similiter in capo facies. ossibus eiectis
(254) 15 coques. P u l l u s l e u c o z o m u s: accipies pullum et ornas ut supra. aperies illum a pectore. accipiat aquam et oleum Hispanum abundans. agitatur ut ex se amulet et humorem consumat. postea, cum coctus fuerit, quodcumque porro remanserit inde levas. piper aspargis et inferes.

---

1 oleo E, oleum V 4 aquę minimum E, aquã eminimum V, aquae eminam *α* 7 carptum *Hum*, cariotum EV lancem *Brandt*, lance quem EV defrito EV 10 farsilis *Hum*, fusilis EV 11 sicuti liquaminatum *Brandt*, sicut ilique cuminatũ EV, sic ne aliquid in eo remaneat *Hum*, sic ut aliquae pulpae in eo remaneant *Gi ex p. 63, 27*; *breviter* sicut aliqui cuminatum *To*; *cf. p. 63, 27* 12 gingiber E, geng- V pulpam P, pulpem EV aliquam EV 14 commiscis EV 15 abundanter E, -tes V 17 capo *α*, capso EV 18 *titulum* Pullus leucozomus (leocozomus E, leocezumus V), *qui in* EV *abiit post* 19 pectore, *suo loco restituit Baseggio* 20 spanum EV amulet *Baseggio*, ambulet EV 21 porro P, porri EV 22 leuas V, leues E

# LIB. VII. POLYTELES

I. Vulvae steriles, callum, libelli, coticulae et ungellae. II. sumen. III. ficatum. IV. ofellae. V. assaturae. VI. in elixam et in copadiis. VII. ventricula. VIII. lumbuli et renes. IX. perna. X. iocinera sive pulmones. XI. dulcia domestica et melce. XII. bulbi. XIII. fungi farnei vel boleti. XIV. tubera. XV. in colocasia. XVI. cocleas. XVII. ova.

I. VVLVAE STERILES, CALLVM, LIBELLI, COTICV- (258)
LAE ET VNGELLAE. 1. Vulvae steriles: lasere Cy- 1
renaico vel Parthico, aceto et liquamine temperato appo-
nes. In vulva [et] sterili: piper, apii semen, mentam 2
siccam, laseris radicem, mel, acetum et liquamen. Vul- 3
vae [et] steriles: pipere et liquamine, cum lasere Par-
thico apponis. Vulvae steriles: pipere, liquamine et 4
condito modico apponis. Callum, libelli, coticulae, 5 (259)
ungellae: cum pipere, liquamine, lasere apponis. Vul- 6 (260)
vam ut tostam facias, in cantabro involve et postea
in muriam mitte et sic coque.

II. SVMEN. 1. Sumen elixas, de cannis surclas, sale 1 (261)
aspargis et in furnum mittis vel in craticulam. subassas.
teres piper, ligusticum, liquamen, mero et passo ⟨tempe-
rabis⟩, amulo obligas et sumen perfundis. Sumen ple- 2 (262)
num: teritur piper, careum, echinus salsus. consuitur et
sic coquitur. manducatur cum allece ⟨et⟩ sinapi.

III FICATVM. 1. In ficato oenogarum: piper, thy- 1 (263)
mum, ligusticum, liquamen, vinum modice, oleum. Aliter: 2 (264)

---

1 LIB. VII: Incipit eiusdem politeles liber VII (oct septimus *sic* V) EV, Politeles E *in indice librorum capitula:* I Vulua EV coticule E, cocticule (*altera* c *erasa*) V ungell(a)e EV VIII Lumboli V, Lumbi E X iecinora V XV cola cassia E, cola casio V 2 coticule E, co=ticule (*erasa* c *vel* t) V 3 ungellae E, ungulae V laser (lasare *Sch*) uuluas et apices politeles liber VII cirenaicum *sic* EV, *in* E *verba* uuluas — VII *expuncta sunt* cirenaicum uel parthicum (particũ V*)* EV 5 et sterile EV mentẹm (a *supra* ẹ) E 7 et steriles EV piper et EV cum E, *om.* V lasere E, laceri V 8 steriles V, ẹt steriles E pipere E, pip V 9 libelli *sic* EV *hic et in indice: ferculum potest a forma convoluta nomen habuisse* coticulae E, cocticule V, *videtur forma vulgaris pro* costiculae 10 ungelle EV cum pipere E, pip V 11 facias *α*, facies EV *cf. p. 53, 16* 12 muria EV 14 craticulam E, grat- V, *item p. 50, 3 et saepius* 15 temperabis *add. Gi* 17 hecinus EV consuitur *Hum,* quo suitur EV 18 cummaleco (cũma- V) sinape EV 19 timũ V, timu E

ficatum praecidis ad cannam, infundis in liquamine.
⟨teres⟩ piper, ligusticum, bacas lauri duas. involves in
omento et in craticula assas et inferes.
(265) 1 IV. OFELLAE. 1. Ofellas Ostienses. [in ofillam] de-
signas ofellas in cute, ita ut cutis sic remaneat. teres piper,
ligusticum, anethum, cuminum, silfium, bacam lauri unam,
suffundis liquamen, fricas, in angularem refundis simul
cum ofellis. ubi requieverint in condimentis biduo vel tri-
duo, promis, surclas decussatim, et in furnum mittis. cum
coxeris, ofellas, quas designaveras, separabis et teres pi-
per, ligusticum, suffundis liquamen et passum modicum,
ut dulce fiat. cum ferbuerit, ius amulo obligas. ofellas
(266) 2 satias et inferes. Ofellas Apicianas: ofellas exossas,
in rotundum complicas, surclas, ad furnum admoves. postea
praeduras, levas et, ⟨ut⟩ humorem exspuant, in craticula
igni lento exsiccabis, ita ne urantur. teres piper, ligusti-
cum, cyperi, cuminum; liquamine et passo temperabis. cum
hoc iure ofellas in caccabum mittis. cum coctae fuerint,
levas et siccas, sine iure, pipere asperso, et inferes. si pin-
gues fuerint, cum surclas, tollis cutem. potes et de abdo-
(267) 3 mine huiusmodi ofellas facere. Ofellae aprugineo
more: ex oleo ⟨et⟩ liquamine condiuntur, et mittitur eis
condimentum, cum coctae fuerint. et super adicitur his,
cum in foco sunt, conditura, et denuo bulliunt. piper tritum,
condimentum, mel, liquamen, amulum, cum iam bulliunt.
et sine liquamine et oleo elixantur, coquuntur et sic pipere
perfunduntur. ⟨mittis⟩ ius supra scriptum, et sic bulliunt.
(268) 4 Aliter ofellae: recte friguntur ut paene assae reddan-
tur. Liquaminis sumis cyathum, aquae cyathum, aceti cya-
thum, olei cyathum. simul mixtis et immissis in patellam

---

1 ad V, ut E *cf. p. 35, 24* ad trullam  2 teres *add. Gi*  3 aucmento *sic* EV; *cf.* omento *p. 22, 8. 53, 22. 57, 4 Athen 3, p. 106 E* τῷ καλουμένῳ ἐπίπλῳ  4 ostienses *Hum,* otienses EV in ofillam EV, *del. Baseggio; cave legas* in ovilla  designas *Hum,* -ans EV  6 silfium *sic* EV  8 obellis EV  requieuerint P, -rit EV  9 promis *Sch,* ponis EV  15 et ut *Gi,* et EV, ut *α*  exspuant *Tor,* -at EV  16 urantur *Hum,* uratur EV  17 ciperis EV  liquamen et EV  18 ouellas EV  19 piper EV  20 potes *α,* potest EV; *cf. p. 43, 1*  21 Ofelle aprogeneo EV  22 et *add. Gi*  26 piper EV  27 mittis *add. Vo*  28 assae *Tor,* reddantur *Hum,* asso (ossa E) rodantur EV  29 sumis cyathum *Hum,* summi ciato EV  aquae ciatũ V, aquae E  30 mix-

fictilem, frigis et inferes. Aliter ofellas: in sartagine 5 (269)
abundanti oenogaro. piper asparges et inferes. Aliter 6
ofellas: ofellae prius sale et cumino infusae in aquam
recte friguntur.

V. ASSATVRAE. 1. Assaturam: assam a furno sim- 1 (271)
plicem salis plurimo conspersam cum melle inferes.
Aliter assaturas: petroselini scripulos VI, asareos 2 (272)
scripulos VI, zingiberis scripulos VI, lauri bacas V, condi-
menti ⟨satis⟩, laseris radicis scripulos VI, origani scri-
pulos VI, cyperis scripulos VI, costi modice, pyrethri scri-
pulos III, apii seminis scripulos VI, piperis scripulos XII,
liquaminis et olei quod sufficit. Aliter assaturas: myr- 3 (273)
tae siccae bacam exenteratam cum cumino, pipere, melle,
liquamine, defrito et oleo teres, et fervefactum amulas.
carnem elixam sale subassatam perfundis, piper aspargis
et inferes. Aliter assaturas: piperis scripulos VI, li- 4 (274)
gustici scripulos VI, petroselini scripulos VI, apii seminis
scripulos VI, anethi scripulos VI, laseris radicis scripulos
VI, asareos scripulos VI, pyrethri modice, cyperis scripu-
los VI, carei scripulos VI, cumini scripulos VI, zingiberis
scripulos VI, liquaminis heminam, olei acetabulum. Assa- 5 (275)
turas in collari: elixatur et infunditur in fretali piper,
condimentum, mel, liquamen, et attorretur in clibano quo-
usque coquatur. elixum vero collare, si voles, sine condi-
tura assas, et siccum calidum perfundis.

VI. IN ELIXAM ET COPADIA. 1. Ius in elixam (276)
omnem: piper, ligusticum, origanum, rutam, silfium, ce-
pam siccam, vinum, caroenum, mel, acetum, olei modi-
cum. persiccatam et sabano expressam elixam perfundis.
Ius in elixam: piper, petroselinum, liquamen, acetum, 2 (277)
caryotam, cepulam, olei modicum. perfundis calido iure.

---

tis *α*, mixti EV 6 salis plurimi EV, sale plurimo *Tor* conspsam V, -sa E 7 petrosilene EV asareos *Gi, cf. l. 19* laser EV, laseris P 8 ging- EV 9 satis *ex. gr. add. Vo* radicem EV 13 extenteratum EV cumino V, -ne E mel liquamen EV 16 ligusticũ EV 17 petrosileni E, -num V seminis E, semen V 18 radicem EV 19 piretri E, peretri V 20 cuminis E ging- E, geng- V 21 ọlẹi eminam olei V 22 elixanṭur E 23 attorretur *Hum,* atteritur EV 25 siccum EV, *cf. p. 45, 32,* sucum P 26 IN ELIXAM ET COPADIA EV *hic, cf. index* 27 silfium *sic* EV 29 persiccatam *Hum,* -tum EV 30 petrosilenem EV 31 cepullam EV, *item p. 52, 7; cf. p. 58, 27*

3 Ius in elixam: teres piper, rutam aridam, feniculi se-
(278) 4 men, cepam, caryotam, liquamen et oleum. Ius candi-
dum in elixam: piper, liquamen, vinum, rutam, cepam,
nucleos, conditum, modicum de buccellis maceratis unde strin-
(279) 5 gat, oleum. cum coxerit, ius perfundis. Aliter ius candi-
dum in elixam: piper, careum, ligusticum, thymum, ori-
ganum, cepulam, dactylum, mel, acetum, liquamen, oleum.
(280) 6 In copadiis ius album: piper, cuminum, ligusticum,
rutae semen, Damascena. infundis vinum, oenomeli et aceto
(281) 7 temperabis. ⟨agitabis⟩ thymo et origano. Aliter ius
candidum in copadiis: piper, thymum, cuminum, apii
semen, feniculum, mentam, bacam myrtae, uvam passam.
(282) 8 mulso temperas. agitabis ramo satureiae. Ius in copa-
diis: piper, ligusticum, careum, mentam, nardostachyum,
folium, ovi vitellum, mel, mulsam, acetum, liquamen et
(283) 9 oleum. agitabis satureia et porro, amulabis. Ius album
in copadiis: piper, ligusticum, cuminum, apii semen,
thymum, nucleos infusos, nuces infusas et purgatas, mel,
(284) 10 acetum, liquamen et oleum. Ius in copadiis: piper, apii
semen, careum, satureiam, cneci flos, cepulam, amygdala
tosta, caryotam, liquamen, oleum, sinapis modicum. de-
(285) 11 frito coloras. Ius in copadiis: piper, ligusticum, pe-
troselinum, cepulam, amygdala tosta, dactylum, mel, ace-
(286) 12 tum, liquamen, defritum, oleum. Ius in copadiis: ova
dura concidis, piper, cuminum, petroselinum, porrum coc-
tum, myrtae bacas, plusculum mel, acetum, liquamen,
(287) 13 oleum. ⟨Ius⟩ in elixam anethatum crudum: piper,
anethi semen, mentam siccam, laseris radicem, suffundis
acetum, adicies caryotam, mel, liquamen, sinapis modicum,
defrito ⟨et⟩ oleo temperabis. et hoc in collari porcino.
(288) 14 Ius in elixam allecatum: piper, ligusticum, careum,
apii semen, thymum, cepulam, dactylum, allecem colatum:

5 coxerit *scil. elixa* EV, -is ς 9 damascenas EV 10 agitabis *add. Hum* origano E, pri- V 12 mentam EV, rutam ς 14 careo EV nardostacium EV 16 satureiã V amulauis EV, amula ius ς 20 cneci (cnechi V) flos EV, cneci flores *Hum* 22 petrosilenem EV, *item 25* 25 concidis *Sch,* incidis EV *cf. p. 53, 1. 20* 26 myrte (mirte V) uacas (aacas E) EV 27 Ius P, *om.* EV elixã V, elixum E *praeceptum simillimum 6, 9, 1* anethatum *Tor,* anetatam EV 30 et *add. Gi an* ⟨bene uteris⟩ et hoc *vel simile? cf. p. 58, 12. 59, 24* 31 alecatum *Hum,* allegatam (-lig- V) EV careo EV

melle et vino temperas; apium viridem concisum super
aspargis, oleum mittis et inferes.
VII. VENTRICVLA. 1. Ventrem porcinum bene 1 (289
exinanies, aceto et sale, postea aqua lavas, et sic hac im-
pensa imples: pulpam porcinam tunsam tritam, ita ut ener-
vata commisceas cerebella tria et ova cruda, cui nucleos
infundis et piper integrum mittis et hoc iure temperas.
teres piper, ligusticum, silfium, anesum, zingiber, rutae
modicum, liquamen optimum et olei modicum. reples aqua-
liculum sic ut laxamentum habeat, ne dissiliat in coctura.
surclas, amulas et in ollam bullientem summittis. levas
et pungis acu, ne crepet. cum ad dimidias coctus fuerit,
levas et ad fumum suspendis ut coloretur. et denuo eum
perelixabis, ut coqui possit, deinde liquamine, mero, oleo
modico ⟨temperabis⟩, et cultello aperies et cum liquamine (290)
et ligustico apponis. Ventrem ut tostum facias, in 2 (291)
cantabro involve, postea in muriam mittis et sic coque.
VIII. LVMBI ET RENES. Lumbuli assi ita fiunt: 1 (292)
aperiuntur in duas partes ita ut expansi sint, et asper-
gitur eis piper tritum, nuclei et coriandrum concisum,
minutatim factum et semen feniculi tritum. deinde lumbuli
recluduntur [assi] et consuuntur et involvuntur omento et
sic praedurantur in oleo et liquamine, inde assantur in
clibano vel craticula.
IX. PERNA. 1. Pernam, ubi eam cum Caricis pluri- 1 (293)
mis elixaveris et tribus lauri foliis, detracta cute tessella-
tim incides et melle complebis. deinde farinam oleo sub-
actam contexes et ei corium reddis. et, cum farina cocta
fuerit, eximas furno et ut est inferes. Pernae coc- 2 (294)
turam: ex aqua cum Caricis cocta simpliciter, ut solet, in-

---

1 uino E, uinũ V concisum *Sch,* incisum EV *cf. p. 52, 25* 4 hac inpensa *Tor,* hanc inpensam EV 5 tunsa (tonsa V) trita EV eneruiata EV 8 silfium *sic* EV ging- E, geng- V 9 aqualiculum *Tor,* aqualicum EV 11 amulas *Hum,* ambas EV 12 cum ad *Hum,* qua EV coctus *Tor,* coctum EV 13 coloretur (o *altera corr. in* e) V, coleretur E 15 temperabis *add. Gi* cum ς, eum EV 17 mittis EV, *cf. p. 49, 12* 18 Lumbi et renes *sic* EV *hic; cf. cap. VIII* 21 lumbuli recluduntur E, lumbolis ecluduntur V 22 assi EV, *del. Gi* 26 tessellatim *Tor,* tessellam EV 27 incidis EV 28 contexes *Sch ex p. 45, 10,* conteres EV coreum EV et *Hum,* ut EV 29 et ut est et feres E, ut est et inferes V

lata cum buccellis, caroeno vel condito. melius, si cum musteis.

(295) X. PETASONEM EX MVSTEIS: petasonem elixas cum bilibri hordei et Caricis XXV. cum elixatus fuerit, decarnas et arvillam illius candenti vatillo uris et melle contingis. quod melius, missum in furnum, melle obligas. cum coloraverit, mittis in caccabum passum, piper, fasciculum rutae, merum, temperas. cum fuerit temperatum, dimidium in petasonem profundis et alia parte piperati buccellas musteorum factas perfundis. cum sorbuerint, quod mustei recusaverint, petasoni refundis.

(296) XI. LARIDI COCTVRA: Tectum aqua cum multo anetho coques, oleum modicum destillabis et modicum salis.

(297) XII. IECINORA SIVE PVLMONES. 1. Iecinera haedina vel agnina sic coques: aquam mulsam facies, et ova ⟨et⟩ partem lactis admisces eis ut incisa iecinera sor-
(298) 2 beant. coques ex oenogaro, pipere asperso, et inferes. Aliter [iecinera] in pulmonibus: ex lacte lavas pulmones et colas quod capere possunt, et confringis ova duo cruda, salis grana pauca, mellis ligulam, et simul com-
(299) misces et imples pulmones. elixas et concidis. teres piper, suffundis liquamen, passum, merum. pulmones confringis et hoc oenogaro perfundis.

(300) 1 XIII. DVLCIA DOMESTICA ET MELCAE. 1. Dulcia domestica: palmulas vel dactylos excepto semine, nuce vel nucleis vel pipere trito infercies. sale foris contingis,
(301) 2 frigis in melle cocto, et inferes. Aliter dulcia: musteos Afros optimos rades et in lacte infundis. cum biberint, in

---

1 caroeno P, -ni EV si cum *Baseggio,* sicut EV 4 bilibre EV caricis E, cacis V decarnas EV, decorias *Sch* 5 aruillam *Baseggio,* armillam EV 9 profundis *Hum,* perf- EV alia parte *Hum,* aliam partem EV 10 factas P, fractas EV sorbuerint *Gi,* -rit EV 11 recusaverint *Hum,* -rit EV 13 distillabis EV 14 Iecinora (-era E[1]) siue pulmones EV, *sed in* E *adscriptum ante v. 12, signis huc relegatum* 15 agnina ς, agmina EV et ova et *Gi,* et oua EV 16 admiscis EV 17 ex *Brandt,* et EV piper EV 18 iecinera EV, *del. Hum* 19 confringis *Sch,* infringis EV; *cf. p. 25, 21. 26, 26. 27, 1 al.* dua V, dura E 20 conmiscis EV 22 confringis EV, conpungis *Sch ex p. 55, 2. 57, 3* 24 et melce EV *hic et in indice,* ex melle *Hum. at cf. ad p. 55, 26* 25 excoepto P, et cepto EV, *an* exempto? 26 vel pipere trito *Hum,* uel piper tritum EV sale *Hum,* sales EV

furnum mittis, ne arescant, modice. eximes eos calidos,
melle perfundis, compungis ut bibant. piper aspergis et
inferes. Aliter dulcia: siligineos rasos frangis, et buc- 3 (302)
cellas maiores facies. in lacte infundis, frigis, ex [in] oleo,
mel superfundis et inferes. ⟨Aliter⟩ dulcia: piperato 4 (303)
mittis mel, merum, passum, rutam. eo mittis nucleos,
nuces, alicam elixatam. concisas nuces Abellanas tostas
adicies, et inferes. Aliter dulcia: piper, nucleos, mel, 5 (304)
rutam et passum teres, cum lacte et tracta coques. coa-
gulum coque cum modicis ovis. perfusum melle, aspersum
⟨pipere⟩ inferes. Aliter dulcia: accipies similam, co- 6 (305)
ques [et] in aqua calida, ita ut durissimam pultem facias,
deinde in patellam expandis. cum refrixerit, concidis quasi
⟨ad⟩ dulcia et frigis in oleo optimo. levas, perfundis mel,
piper aspergis et inferes. melius feceris, si lac pro aqua
miseris. Tyropatinam: accipies lac, quod adversus pa- 7 (306)
tinam aestimabis, temperabis lac cum melle quasi ad lac-
tantia, ova quinque ad sextarium mittis, si ad heminam,
ova tria. in lacte dissolvis ita ut unum corpus facias, in
Cumana colas et igni lento coques. cum duxerit ad se,
piper aspargis et inferes. Ova spongia ex lacte: ova 8 (307)
quattuor, lactis heminam, olei unciam in se dissolvis, ita
ut unum corpus facias. in patellam subtilem adicies olei
modicum, facies ut bulliat, et adicies impensam quam
parasti. una parte cum fuerit coctum, in disco vertes, melle
perfundis, piper aspargis et inferes. Melca. . . . . stum 9 (308)
pipere et liquamine, vel sale, oleo et coriandro.

---

4 ex *Vo*, et in EV 5 Aliter *add. Gi* piperato *(cf. p. 20, 15) Sch*, piperata EV 7 auellanas EV 9 *tractam* EV coques EV, coges *Sch* coagulum EV, coagulatum *Hum* 11 pipere *add. Baseggio* coques et $E^1$V, et *del* $E^2$ 12 aqua calida E, aquã calidã V durissimam pultem facias E, durissima pulte facies V 14 ad *add. Sch cf. v. 17. p. 35, 25, 36, 15* 15 aquam EV 16 tiropatinam EV aduersus V, aduersus quod E; quod adversus *Vo, potest enim* quod *in archetypo supra scriptum fuisse* 18 eminam E, imina V 20 cumana *Hum*, cuminata EV colas EV, collocas *Sch* 21 sfongia V, sfhongia E 24 quam parasti E, cõparasti (quã *ss.* $V^3$) V 26 Mel castum EV *corrupte;* Melca. lac acidum *Sch; cf. Janko, Glotta II 38 ss. praeceptum totum valde decurtatum, cf. Paxamos in Geopon. 18, 21, Colum. 12, 8, nisi breviter dixit* Melcas: cum *(Brandt)* 27 pipere et liquamine E, pip et liquam̃ V uel EV, mel *Sch* cum P

(309) XIV. BVLBOS. 1. Bulbos oleo, liquamine, aceto in-
2 feres, modico cumino asperso. Aliter: bulbos tundes at-
que ex aqua coques, deinde oleo frigis. ius sic facies: thy-
mum, puleium, piper, origanum, mel, acetum modice et,
si placet, et modice liquamen. piper aspargis et inferes.
(310) 3 Aliter: bulbos elixas in pultarium pressos, mittis thy-
mum, origanum, mel, acetum, defritum, caryotam, liqua-
(311) men et oleum modice. piper aspargis et inferes. [Varro: 'si
quid de bulbis, dixi: „in aqua, qui Veneris ostium quae-
runt", deinde ut legitimis nuptiis in cena ponuntur, sed
et cum nucleis pineis aut cum erucae suco et pipere'].
(312) 4 Aliter. bulbos frictos: oenogaro inferes.
(313) 1 XV. FVNGI FARNEI VEL BOLETI. 1. Fungi far-
nei: elixi, calidi, exsiccati oenogaro pipere accipiuntur,
(314) 2 ita ut piper cum liquamine teras. In fungis farneis:
(315) 3 piper, caroenum, acetum et oleum. Aliter fungi far-
nei: elixi ex sale, oleo, mero, coriandro conciso inferuntur.
(316) 4 Boletos fungos: caroenum, fasciculum coriandri viri-
(317) 5 dis. ubi ferbuerint, exempto fasciculo inferes. Boletos
aliter: calyculos eorum liquamine vel sale aspersos in-
(318) 6 ferunt. Boletos aliter: thyrsos eorum concisos in pa-
tellam novam perfundis, addito pipere, ligustico, modico
melle. liquamine temperabis. oleum modice.
(319) 1 XVI. TVBERA. 1. Tubera radis, elixas, sale asper-
gis, et surculo infiges. subassas, et mittes in caccabum
oleum, liquamen, caroenum, vinum, piper et mel. cum fer-
(320) 2 buerit, amulo obligas. tubera exornas et inferes. Aliter
tubera: elixas et, asperso sale, in surculis adfigis et
subassas. et mittes in caccabum liquamen, oleum viride,

---

1 oleo E, olei V inferes E, -re V 2 cumino E²V, cumuino E¹ tundis EV, tondes *Gi* atque *Hum,* a quo EV, aqua *α* 5 placet et EV, placet *Hum* 6 elixas *Sch,* -xos EV pulturium E, -orium V 7 caroetam EV liquamen et *Sch,* liquamine EV 8 Varro — 12 pipere *recte marginale fuisse archetypi dixit Sch; cf. Sitz.-Ber. p. 24* si quid EV, si quidem *Sch* 9 buluis V, puluis E dixi EV, dixit ς in aquam EV, iniquum *aliquos legisse refert Hum* ostium EV, otium *Sch*
10 ut EV, in ς 11 sucó E, sucũ V 14 oenogaro *Hum,* in garo EV piper EV 15 teres EV 19 ferbuerint E, -rit V buletos E 20 caliculos EV inferunt V, -rum E 22 nouam *varia lectio ap. Hum,* ouam EV 24 radis V, radix E 29 uiridem EV

caroenum, vinum modice et piper confractum et mellis
modicum, et ferveat. cum ferbuerit, amulo obligas, et tu-
bera compunges, ut combibant illud. exornas. cum bene
sorbuerint, inferes. si volueris, eadem tubera omento por-
cino involves et assabis et sic inferes. *Aliter tubera*: **3** (321)
oenogarum, piper, ligusticum, coriandrum, rutam, liqua-
men, mel, vinum, oleum modice. calefacies. *Aliter tu-* **4** (322)
*bera*: piper, mentam, rutam, mel, oleum, vinum modicum.
calefacies et inferes. *Aliter tubera*: elixa cum porro, **5** (323)
deinde sale, pipere, coriandro conciso, mero, oleo modico
inferes. *Aliter tubera*: piper, cuminum, silfi, mentam, **6** (324)
apium, rutam, mel, acetum vel vinum, salem vel liquamen
et oleum modice.

XVII. IN COLOCASIO. *In colocasio*: piper, cumi- (325)
num, rutam, mel, liquamen, olei modicum. cum ferbuerit,
amulo obligas.

XVIII. COCLEAS. 1. *Cocleas lacte pastas*: acci- **1** (326)
pies cocleas, spongizabis, membranam tolles, ut possint
prodire. adicies in vas lac et salem uno die, ceteris diebus
[in] lac per se, et omni hora mundabis stercus. cum pastae
fuerint, ut non possint se retrahere, ex oleo friges. mittes
oenogarum. similiter et pulpa pasci possunt. *Cocleas*: **2** (327)
sale puro et oleo assabis cocleas: lasere, liquamine, pipere,
oleo suffundis. *Cocleas assas*: liquamine, pipere, cu- **3**
mino, suffundis assidue. *Aliter cocleas*: viventes in **4** (328)
lac siligineum infundes: ubi pastae fuerint, coques.

XIX. OVA. 1. *Ova frixa*: oenogarata: 2. *Ova elixa*: **1** (329)
liquamine, oleo, mero vel ex liquamine, pipere, lasere. *In* **3**
*ovis hapalis*: piper, ligusticum, nucleos infusos. suf-
fundes mel, acetum: liquamine temperabis.

---

3 conpungens EV ut V, et E 4 sorbuerint *Sch*, ferbuerint EV 7 oleum modice V, ·/ modice ·/ oleum *(signis ordine restituto)* E 10 oleo modico *Brandt*, obomo EV, optimo *Hum* 18 fongizabis EV 19 sale EV 20 lac *Sch*, in lac EV oĩ hora *α*, ommora EV 21 ex E, et ex V *ad rem cf. Marcell. med. 20, 35* 22 pulpas EV, pulte *Hum cf. Plin. nat. 9, 174* 25 suffundis V, -es E 27 enogarata E, oeno- *(sed priore* o *erasa)* V ova elixa *Hum*, ob elixa EV 29 apalis EV

# LIB. VIII. TETRAPVS

**I. in apro. II. in cervo. III. in caprea. IV. in ovifero. V. bubula sive vitulina. VI. in haedo et agno. VII. in porcello. VIII. leporem. IX. glires.**

(330) I. IN APRO. 1. Aper ita conditur: Spongiatur,
et sic aspergitur ei sal et cuminum frictum, et sic manet.
alia die mittitur in furnum. cum coctus fuerit, perfunditur
piper tritum, [condimentum aprunum] mel, liquamen, ca-
(331) 2 roenum et passum. Aliter in apro: aqua marina cum
ramulis lauri aprum elixas quousque madescat. corium ei
(332) 3 tolles. cum sale, sinapi, aceto inferes. Aliter in apro:
teres piper, ligusticum, origanum, bacas myrtae exen-
teratas, coriandrum, cepas, suffundes mel, vinum, liqua-
men, oleum modice, calefacies, amulo obligas. aprum in
furno coctum perfundes. hoc et in omne genus carnis
(333) 4 ferinae facies. In aprum assum iura ferventia fa-
cies sic: piper, cuminum frictum, apii semen, mentam,
thymum, satureiam, cneci flos, nucleos tostos vel amygdala
tosta, mel, vinum, liquamen, acetum, oleum modice.
(334) 5 Aliter in aprum assum iura ferventia: piper, li-
gusticum, apii semen, mentam, thymum, nucleos tostos,
vinum, acetum, liquamen et oleum modice. cum ius simplex
bullierit, tunc triturae globum mittes et agitas cepae et
rutae fasciculo. si volueris pinguius facere, obligas ius albo
ovorum liquido, moves paulatim, aspergis piper tritum et
(335) 6 inferes. Ius in aprum elixum: piper, ligusticum, cu-
minum, silfi, origanum, nucleos, caryotam, mel, sinape, ace-
(336) 7 tum, liquamen et oleum. Ius frigidum in aprum eli-
xum: piper, careum, ligusticum, coriandri semen frictum,
anethi semen, apii semen, thymum, origanum, cepulam,
(337) 8 mel, acetum, sinape, liquamen, oleum. Aliter ius fri-

---

1 LIB. VIII *cap.* III in capria E 2 sfungiatur EV 3 sal et *Sch*, sale V, sal E frictum *Sch ex v. 14*, tritum EV 5 condimentum aprimum (-inum E) EV *delevit Sch marginale* 9 exenteratas *Hum*, extenteras EV 11 calefacies *α*, sale- EV 13 ferine V, farine E facies V, -as E iura P, iure EV 15 cnici (*vel* anethi) flores *Hum*, enechi flos EV 16 acetum *Brandt*, acetabulum EV 20 cepae *Gi*, cepam EV, cepa *Hum* 21 fasciculo *Hum*, -os EV pinguius E, pingui ius V obligas ius *Hum*, obliga siuis (siuos E) EV, obligabis *Tor* 27 cepulam E, -ullam V 28 oleum $E^2$V, et oleum $E^1$, *item p. 59, 6*

gidum in aprum elixum: piper, ligusticum, cuminum, anethi semen et thymum, origanum, silfi modicum, erucae semen plusculum, suffundes merum, condimenta viridia modica, cepam, Ponticas vel amygdala fricta, dactylum, mel, acetum, merum modicum, coloras defrito, li-
quamen, oleum. Aliter ⟨ius⟩ in apro: teres piper, li- 9 (338)
gusticum, origanum, apii semen, laseris radicem, cuminum, feniculi semen, rutam, liquamen, vinum, passum. facies ut ferveat. cum ferbuerit, amulo obligas. aprum intro
foras ⟨tanges⟩ et inferes. Perna apruna ita imple- 10 (339)
tur Terentina: per articulum pernae palum mittes ita ut cutem a carne separes, ut possit condimentum accipere per cornulum et universa impleatur. teres piper, bacam lauri, rutam; si volueris, laser adicies, liquamen optimum,
caroenum et olei viridis guttas. cum impleta fuerit, con- (340)
stringitur illa pars, qua impleta est, ex lino et mittitur in zemam. elixatur in aqua marina cum lauri turionibus et anetho.

II. IN CERVO. 1. Ius in cervum: teres piper, li- (341)
gusticum, careum, origanum, apii semen, laseris radicem, feniculi semen, fricabis, suffundes liquamen, vinum, passum, oleum modice. cum ferbuerit, amulo obligas. cervum
coctum intro foras tanges et inferes. In platonem si- 2 (342)
militer et in omne genus venationis eadem conditura uteris.
Aliter: cervum elixabis et subassabis. teres piper, li- 3 (343)
gusticum, careum, apii semen, suffundes mel, acetum, liquamen, oleum. calefactum amulo obligas et carnem per-
fundes. Ius in cervo: piper, ligusticum, cepulam, ori- 4 (344)
ganum, nucleos, caryotas, mel, liquamen, sinape, acetum,
oleum. Cervinae conditura: piper, cuminum, condi- 5 (345)
mentum, petroselinum, cepam, rutam, mel, liquamen, mentam, passum, caroenum et oleum modice. amulo obligas,
cum iam bulliit. Iura ferventia in cervo: piper, li- 6 (346)
gusticum, petroselinum, cuminum, nucleos tostos aut

---

3 eruce $E^2$V, euruce $E^1$ 4 cepa pontica EV 6 Aliter EV, Ius aliter P 10 tanges *add. Baseggio ex l. 23* apruna V, aprina E 11 terentina *Sch ex p. 63, 16 (cf. p. 26, 4),* recentina EV, recentis *Tor,* recens *Hum* 13 et *Sch,* ut EV 15 guttas ς, gustas EV *(in* V *man. recens fecit* guctas) 17 aquam marinam EV 23 platone EV, platicerote *α* 31 cepa ruta V 32 amulo $E^2$V, -los $E^1$ 33 bulliit *sic* EV

amygdala. suffundes mel, acetum, vinum, oleum modice,
(347) 7 liquamen, et agitabis. Embamma in cervinam assam: piper, nardostachyum, folium, apii semen, cepam aridam, rutam viridem, mel, acetum, liquamen, †adiectam,
(348) 8 caryotam, uvam passam et oleum. Aliter in cervum assum iura ferventia: piper, ligusticum, petroselinum, Damascena macerata, vinum, mel, acetum, liquamen, oleum modice. agitabis porro et satureia.
(349) 1 III. IN CAPREA. 1. Ius in caprea: piper, ligusticum, careum, cuminum, petroselinum, rutae semen, mel,
(350) 2 sinape, acetum, liquamen et oleum. Ius in caprea assa: piper, condimentum, rutam, cepam, mel, liquamen, passum,
(351) 3 oleum modice. amulum, ⟨cum⟩ iam bulliit. Aliter ius in caprea: piper, condimentum, petroselinum, origanum modicum, rutam, liquamen, mel, passum et olei modicum. amulo obligabis.
(352) 1 IV. IN OVIFERO [hoc est ovis silvatica]. 1. Ius in ovifero fervens: piper, ligusticum, cuminum, mentam siccam, thymum, silfi, suffundes vinum, adicies Damascena macerata, mel, vinum, liquamen, acetum, passum ad colorem, oleum. agitabis fasciculo origani et mentae siccae.
(353) 2 Ius in venationibus omnibus elixis et assis: piperis scripulos VIII, rutam, ligusticum, apii semen, iuniperum, thymum, mentam aridam scripulos senos, pulei scripulos III. haec omnia ad levissimum pulverem rediges et in uno commisces et teres. adicies in vasculum mel quod
(354) 3 satis erit, et his uteris cum oxygaro. Ius frigidum in ovifero: piper, ligusticum, thymum, cuminum frictum, nucleos tostos, mel, acetum, liquamen et oleum. piper asperges.
(355) V. BVBVLA SIVE VITELLINA. 1. Vitellina fricta: piper, ligusticum, apii semen, cuminum, origanum, cepam sic-

---

1 suffundes *ante* nucleos *habent* EV, *ante* mel *posuit Hum* 2 embamma *Tor*, embambam EV 3 nardostacium EV, *cf. 7, 6, 8* 4 adiectam (-um V) caretam (ca= =retã V) EV, adiectum cariotae *Sch*, defritum careotam *Gi* 5 ceruum E, ceruom V 13 amulum EV, amylas *Hum* cum *add. Hum ex p. 59, 33* bulliet EV *cf. p. 59, 33* 18 *glossam* hoc — silvatica *del.* P, *habent* EV 19 uino EV damascenam EV 20 macerata V, merata (ce *supra* er, *sic*) E 24 scrp̃ *sic bis* V, scrp̃ *tum* scrip̃ E 26 melle EV 30 aspergis EV 31 uitellina EV *hic bis*, uitulina *in indice* EV

cam, uvam passam, mel, acetum, vinum, liquamen, oleum, de-
fritum. Vitulinam sive bubulam cum porris ⟨vel⟩ 2 (356)
Cydoneis vel cepis vel colocasiis: liquamen, piper,
laser et olei modicum. In vitulinam elixam: teres 3 (357)
piper, ligusticum, careum, apii semen, suffundes mel, ace-
tum, liquamen, oleum. calefacies, amulo obligas et carnem
perfundes. Aliter in vitulina elixa: piper, ligusti- 4 (358)
cum, feniculi semen, origanum, nucleos, caryotam, mel,
acetum, liquamen, sinapi et oleum.

VI. IN HAEDO VEL AGNO. 1. Copadia haedina 1 (359)
sive agnina: pipere ⟨et⟩ liquamine coques cum faseolis
faratariis, liquamine, pipere, lasere cum † inbracto, buc-
cella panis et oleo modico. Aliter haedinam sive 2 (360)
agninam excaldatam: mittes in caccabum copadia,
cepam, coriandrum minutatim succides, teres piper, li-
gusticum, cuminum, liquamen, oleum, vinum. coques, exi-
nanies in patina, amulo obligas. [Aliter haedinam sive 3 (361)
agninam excaldatam] ⟨agnina⟩ a crudo trituram mortario
accipere debet, caprina autem cum coquitur accipit tri-
turam. Haedum sive agnum assum: haedi cocturam 4 (362)
⟨cura⟩. ubi eum ex liquamine et oleo coxeris, incisum in-
fundes in pipere, lasere, liquamine, oleo modice, et in cra-
ticula assabis. eodem iure continges. piper asparges et
inferes. Aliter haedum sive agnum assum: piperis 5 (363)
semunciam, asareos scripulos VI, zingiberis modicum,
petroselini scripulos VI, laseris modice, liquaminis optimi
heminam, olei acetabulum. Haedus sive agnus sy- 6 (364)
ringiatus [id est † mammotestus]: exossatur dili-
genter a gula, sic ut uter fiat, et intestina eius integra

---

2 uitulinam EV, *item 4 et 7* vel *ante* cidoneis (*sic* EV) *add. Gi,* succidaneis *Hum* 3 colocaseis EV 9 et oleo V, *om.* E[1], oleo E[2] 11 et *add. Sch.* 12 faratariis EV, paratariis *Hum* cum inbracto V, cum bracto E, cum embracto P, cuminum tritum *Hum;* confracto *Brandt* bocellas EV 15 minutatim *Gi,* minutum EV, minutim *Hum* 17 Aliter — excaldatam *titulum male repetitum del. Vo* 18 agnina *add. Hum* a crudo *sic* EV tritura EV 21 cura *add. Gi;* haedi cocturam *del. Sch* 22 graticula EV 25 semiunciam E asereos EV ging- E, geng- V 26 petroselinis EV 27 syringladus id est mammotestus EV *cf. p. 62, 12; coniecerunt* mammothreptos *Dufresne,* amnocistis *Baseggio, possis* mammothelastes; *sed glossam iam Hum agnovit* 28 exsorsatur V 29 a gula *Tor,* agilla EV sicut uter E, sic̃ ut̃ V

exinaniuntur, ita ut in caput intestina sufflentur, et per
novissimam partem stercus exinanibitur. aqua lavantur di-
ligenter et sic implentur admixto liquamine, et ab umeris
consuitur et mittitur in clibanum. cum coctus fuerit, per-
funditur ius bulliens: lac, piper tritum, liquamen, ca-
roenum, defritum modice, sic et oleum, et iam bullienti
mittis amulum. vel certe mittitur in reticulo vel in spor-
tella et diligenter constringitur et bullienti zemae cum mo-
dico salis summittitur. cum bene illic tres undas bullierit,
levatur, et denuo bullit cum umore supra scripto. bulliente
(365) 7 conditura perfunditur. **Aliter haedus sive agnus
syringiatus**: lactis sextarium unum, mellis unc. IV, pi-
peris unc. I, salis modicum, laseris modicum. ius in †ipsius:
olei acetabulum, liquaminis acetabulum, mellis acetabu-
lum, dactylos tritos octo, vini boni heminam, amulum mo-
(366) 8 dice. **Haedus sive agnus crudus**: oleo, pipere fri-
cabis et asparges foris salem purum multo cum coriandri
(367) 9 semine. in furnum mittis, assatum inferes. **Haedum sive
agnum Tarpeianum**: antequam coquatur, ornatus con-
suitur. piper, rutam, satureiam, cepam, thymum modicum.
et liquamine collues haedum, macerabis in furno ⟨aut⟩ in
patella, quae oleum habeat. cum percoxerit, perfundes in
patella impensam, teres satureiam, cepam, rutam, dacty-
los, liquamen, vinum, caroenum, oleum. cum bene duxerit
(368) 10 impensam, in disco pones, piper asperges et inferes. **Hae-
dum sive agnum Parthicum**: mittes in furnum. teres
piper, rutam, cepam, satureiam, Damascena enucleata, la-
seris modicum, vinum, liquamen, et oleum [uinum]. fervens
(369) 11 colluitur in disco, ex aceto sumitur. **Haedum lau-
reatum ex lacte**: haedum curas, exossas, interanea eius

---

1 exinaniantur (= = ex- E) EV in caput intestina suffletur EV, per caput int. sufflentur P 5 lacte EV 7 certe *sic* EV retiaculo EV 8 zemae *Sch*, zema EV 9 modice *corr. in* -co E 12 syringiatus (sir- V) EV 13 in ipsius EV, spissius *Sch*, in ipsum *Gi* 14 olei E, oleũ V *verba* liq. acet. mellis acet. *dabat* E[1] *post* octo, *suo loco restituit* E[2] 16 pipere E, pip̧ V 17 foris E, fores V 18 semine E, semen V 19 tarpeianum R, tatarpeianum EV coquatur P, -antur EV 21 aut P, *om.* EV 26 particum *Sch*, pasticum EV, *cf. 6, 9, 2* 27 laseris E, leseris V 28 modicum uinum liquamen et oleum uinum (*om.* P) feruens EV, modicum vivi liq. et vinum *Sch* 29 Haedus laureatus *Tor ex 8, 7, 9*, Hedo laurum EV 30 exorsas E

cum coagulo tolles, lavas. adicies in mortarium piper, ligusticum, laseris radicem, bacas lauri duas, pyrethri modicum, cerebella duo vel tria. haec omnia teres, suffundes liquamen, temperabis ex sale. super trituram colas lactis sextarios duos, mellis ligulas duas. hac impensa intestina reples et super haedum componis in gyro, et omento ⟨vel⟩ charta cooperis, surclas. in caccabum vel patellam compones haedum, adicies liquamen, oleum, vinum. cum ad mediam cocturam venerit, teres ⟨piper⟩, ligusticum, et ius de suo sibi suffundes. mittes defriti modicum, teres, reexinanies in caccabum. cum percoctus fuerit, exornas, amulo obligas et inferes.

VII. IN PORCELLO. 1. **P o r c e l l u m  f a r s i l e m  d u o-** 1 (372)
**b u s  g e n e r i b u s**: curas, a gutture exenteras, a cervice ornas. antequam praedures, subaperies auriculam sub cutem, mittes impensam Terentinam in vesicam bubulam et fistulam aviarii rostro vesicae alligabis, per quam exprimes in aurem quantum ceperit. post a charta praecludes et infiblabis et praeparabis aliam impensam. sic facies: teres piper, ligusticum, origanum, laseris radicem modicum, suffundes liquamen, adicies cerebella cocta, ova cruda, alicam coctam, ius de suo sibi, ⟨si⟩ fuerint, aucellas, nucleos, piper integrum; liquamine temperas. imples porcellum, charta obduras et fiblas. mittes in furnum. cum coctus fuerit, exornas, perunges et inferes. **A l i t e r  p o r-** 2 (373)
**c e l l u m**: Salem, cuminum, laser. **P o r c e l l u m  l i q u a-** 3
**m i n a t u m**: de porcello eicis utriculum, ita ut aliquae pulpae in eo remaneant. teres piper, ligusticum, origanum, suffundes liquamen, adicies unum cerebellum, ova duo, misces in se. porcellum praeduratum imples, fiblabis, in sportella ferventi ollae summittis. cocto fiblas tolles, ut

---

1 coagulo ς, quagulo EV 2 pirethi EV 3 teres $E^2$V, *om.* $E^1$ 6 giro EV, zirbo (*i.* omento) *Hum* omento vel *Gi*, omento *corr. in* -ũ V, omentum (om- *ex* m-) E 7 cooperes EV 9 cocturam P, cora EV piper ς, *om.* EV 10 defriti E, -to V

14 generibus ς, generis EV 15 praedures *Hum,* perdures EV 16 bubulã *α*, -lum EV 17 rustro EV 18 post a EV, postea ς 22 si fuerit (*debebat* -int) *Sch,* fuerit EV, ferueat, cum ferbuerit *Hum* 24 obduras EV, -cas *Sch, cf. p. 64, 14* fiblas *ex* fibreas *corr.* E mittes ς, mitteres (-ris E) EV fornum E 27 utriculum EV *cf. p. 64, 2,* ventriculum *Hum* alique V, -em E 29 unum ς, uinum EV duo *sic* EV

(374) 4 ius ex ipso manere possit. pipere aspersum inferes. Por-
cellum elixum farsilem: de porcello utriculum eicies,
praeduras. teres piper, ligusticum, origanum, suffundes
liquamen, cerebella cocta quod satis sit, similiter ova dis-
solves, liquamine temperabis, farcimina cocta integra prae-
cides. sed ante porcellum praeduratum liquamine dela-
vas, deinde imples, infiblas, in sportella ferventi ollae
(375) 5 summittes. coctum spongizas, sine pipere inferes. Por-
cellum assum tractomelinum: porcellum curatum
a gutture exenteras, siccas. teres piperis unciam, mel,
vinum, impones ut ferveat, tractam siccatam confrin-
ges et partibus caccabo permisces. agitabis surculo
lauri viridis, tam diu coques, donec levis fiat et
impinguet. hac impensa porcellum imples, surculas, ob-
(376) 6 duras charta, in furnum mittes, exornas et inferes. Por-
cellum lacte pastum elixum calidum iure
frigido crudo Apiciano: adicies in mortarium piper,
ligusticum, coriandri semen, mentam, rutam, fricabis, suf-
fundes liquamen, adicies mel, vinum, et liquamine ⟨tempe-
rabis⟩. porcellum elixum ferventem sabano mundo sicca-
(377) 7 tum perfundes et inferes. Porcellum Vitellianum:
porcellum ornas quasi aprum, sale asperges, in furno assas.
adicies in mortarium piper, ligusticum, suffundes liqua-
men, vino et passo temperabis. in caccabo cum olei pu-
sillo ferveat. et porcellum assum iure asperges, ita ut sub
(378) 8 cute ius recipiat. Porcellum Flaccianum: porcellum
ornas in modum apri, sale asperges et in furnum mittes.
dum coquitur, adicies in mortarium piper, ligusticum,
careum, apii semen, laseris radicem, rutam viridem, fri-
cabis, suffundes liquamen, vino et passo temperabis. In

---

1 manere EV, manare *Hum* piper EV 3 suffẹndes (u *supra* e) E 9 tractomelinum *Sch*, -itum *Hum* (*debebant* -itinum), tracto mel in EV 11 tractam *Hum*, tactam EV 13 lêvis *Sch*, lenis EV 14 surculas *sic* EV obduras EV, -cas *Sch* *cf. p. 63, 24*
16 calidum iure frigidum EV, calidum siue frigidum iure *Hum*, *at cf. p. 45, 29* 18 menta ruta V 19 liquam̃ V, liquidum E temperabis *add. Gi* 21 ꝑfundes V, profundes E 24 in caccabo cum olei (oleo E) pusillũ (pussillum E) ferueat (*ante* ferueat *duae erasae, fortasse* et, *in* V) EV, in caccabum olei pusillum ferueat ς 25 ita ut E, ita et V 26 ius E, eius V flacianum EV 30 liquamine EV passo E, passio V in caccabum cum olei modicum EV

caccabo cum olei modico ferveat. amulo obligas. porcellum
cocto ab ossibus tanges, apii semen teres ita ut fiat pul-
vis, asperges et inferes. Porcellum laureatum: por- 9 (379)
cellum exossas, quasi oenogaratum ornas, praeduras. lau-
rum viridem in medio franges satis, in furno assas, et
mittes in mortarium piper, ligusticum, careum, apii semen,
laseris radicem, bacas lauri. fricabis, suffundes liquamen,
et vino et passo temperabis. adicies in caccabo cum olei
modico, ut ferveat. obligas. porcellum lauro eximes et iure
ab ossibus tanges et inferes. Porcellum Fronti- 10 (380)
nianum: exossas, praeduras, ornas. adicies in caccabum 11
liquamen, vinum, obligas fasciculum porri, anethi, media
coctura mittes defritum. coctum lavas et siccum mittes.
piper asperges et inferes. Porcellum aenococtum: 11 (381)
porcellum praeduras, ornas; adicies in caccabum oleum, li-
quamen, vinum, aquam, obligas fasciculum porri, coriandri,
media coctura colorabis defrito. adicies in mortarium pi-
per, ligusticum, careum, origanum, apii semen, laseris ra-
dicem, fricabis, suffundes liquamen, ius de suo sibi; vino
et passo temperabis; exinanies in caccabum, facies ut fer-
veat. cum ferbuerit, amulo obligas. porcellum compositum
in patina perfundes, piper asperges et inferes. Porcel- 12 (382)
lum Celsinianum: ornas, infundes pipere, ruta, cepa,
satureia, sicuto † suo, et ova infundes per auriculam, et ex
pipere, liquamine, vino modico in acetabulum temperas,
et sumes. Porcellum assum: teres piper, rutam, sa- 13 (383)
tureiam, cepam, ovorum coctorum media, liquamen, vi-
num, oleum, conditum. bulliat. conditura porcellum in bo-
letari perfundes et inferes. Porcellum hortolanum: 14 (384)
porcellus hortolanus exossatur per gulam in modum utris.
mittitur in eo pullus isiciatus particulatim concisus, turdi,
ficedulae, isicia de pulpa sua, Lucanicae, dactyli exossati,

---

2 cocto *Vo cf. v. 9,* coctum EV fiat E[2]V, faciat E[1] 5 furnum EV 8 et uino et V, et uino E in caccabo cum olei modicum ut EV 9 iure *Sch,* ius EV 10 ossa EV, osse ς Frontinianum porcellum EV, porc. Fronton- ς 12 obligas *sic* EV, *item 16,* alligas *Sch ex p. 17, 2* 13 cocturam EV 14 oenococtum EV, *cf. p. 66, 13 et exc. Salm. ind. 21* in occuctu, *§ 21* unococto; *at* oenogaratus *Hum* 15 produras EV 21 obligas E, -izas V 24 sicuto EV, succo *α* 25 teriperas EV 29 hortolanum *et* hortolanus *sic* EV 30 gulam E, ungulã (un *erasae*) V 31 particulatim ς, -lam EV

fabriles bulbi, cocleae exemptae, malvae, betae, porri,
apium, cauliculi elixi, coriandrum, piper integrum, nuclei,
ova XV superinfunduntur, liquamen piperatum, ova mit-
tuntur trita. et consuitur et praeduratur. in furno assatur.
deinde a dorso scinditur, et iure hoc perfunditur. piper
teritur, ruta, liquamen, passum, mel, oleum modicum. cum
(385) 15 bullierit, amulum mittitur. Ius frigidum in porcel-
lum elixum ita facies: teres piper, careum, anethum,
origanum modice, nucleos pineos, suffundes acetum, li-
quamen, caryotam, mel, sinape factum, superstillabis
(386) 16 oleum, piper asperges et inferes. Porcellum Tra-
ianum sic facies: exossas porcellum et aptabis sicuti
aenococtum et ad fumum suspendes, et adpendeas, et quan-
tum adpendeas, tantum salis in ollam mittes. et elixas ut
coquatur, et siccum in lance inferes ⟨pro⟩ salso recente.
(387) 17 In porcello lactante: piperis unc. I, vini heminam,
olei optimi acetabulum maius, liquaminis acetabulum, aceti
acetabulum minus.

(395) VIII. LEPOREM. 1. Leporem madidum: in aqua
praecoquitur modice, deinde componitur in patina, [ac] co-
quendus ⟨ex⟩ oleo in furno, et cum prope sit coctus ex
alio oleo. pertangito de conditura infra scripta: teres pi-
per, ⟨ligusticum⟩, satureiam, cepam, rutam, apii semen, li-
quamen, laser, vinum et modice olei. aliquotiens versatur,
(396) 2 in ipsa percoquitur conditura. Item aliam ad eum im-
pensam: cum prope tolli debeat, teres piper, dactylum,
laser, uvam passam, caroenum, liquamen, oleum. suffundes,
(397) 3 et, cum bullierit, piper asperges et inferes. Leporem
farsum: nucleos integros, amygdala, nuces sive glandes
concisas, piperis grana solida, pulpam de ipso lepore. et
ovis fractis obligatur, de⟨inde tegitur⟩ omento porcino,

---

3 mittantur EV 4 trita *Gi,* tria EV 8 elixum ita facies *Hum,* ita facies in elixum EV 10 careotam EV, caraenum *Hum* 11 traganum EV, Troianum *Sch ex Macrob. 3, 13, 13 vel* taricanum (*a* τάριχος) 15 siccum EV *cf. p. 47, 9. 51, 25. 65, 13,* sic eum *α* inferes E, efferes V pro *add. Baseggio* 16 lactante *sic* EV 17 *ut supra* V, optimi acetabulum [aceti acetabulum *del.* E²] maius liquaminis minus E 19 madidum EV, acidum *Sch* 20 coquendus *Sch,* accoquendus EV, ad coquendum *Tor,* ac coquitur *Hum* 21 ex *add. Gi* 23 ligusticum *add.* P, *om.* EV 25 alia E eum *ς,* eam EV 30 pulpa EV 31 deinde tegitur *Sch et Gi,* de EV

in furno ⟨assatur⟩. sic iterum impensam facies: rutam, pi-
per satis, cepam, satureiam, dactylos, liquamen, caroenum
vel conditum. diu combulliat donec spisset, et sic perfundi-
tur. sed lepus in piperato liquamine et lasere maneat.
Ius album in assum leporem: piper, ligusticum, cu- 4 (398)
minum, apii semen, ovi duri medium. trituram colligis et
facies globum ex ea. in caccabulo coques liquamen, vinum,
oleum, acetum modice, cepulam concisam, postea globulum
condimentorum mittes et agitabis origano vel satureia. si
opus fuerit, amulas. Aliter in leporem: ex sanguine 5 (399)
et iecinere et pulmonibus leporinis minutal:
adicies in caccabum liquamen et oleum ⟨et⟩ cocturam, por-
rum et coriandrum minutatim concides, iecinera et pul-
mones in caccabum mittes. cum cocta fuerint, teres piper,
cuminum, coriandrum, laseris radicem, mentam, rutam, pu-
leium, suffundes acetum, adicies iecinera leporum et san-
guinem, teres. ⟨adicies⟩ mel et ⟨ius⟩ de suo sibi, aceto
temperabis, exinanies in caccabum, pulmones leporum mi-
nutatim concisos in eundem caccabum mittes, facies ut fer-
veat. cum ferbuerit, amulo obligas, piper asperges et in-
feres. Aliter leporem ex suo iure: leporem curas, 6 (400)
exossas, ornas, mittes in caccabo, adicies oleum, liquamen,
cocturam, fasciculum porri, coriandrum, anethum. dum co-
quitur, adicies in mortarium piper, ligusticum, cuminum,
coriandri semen, laseris radicem, cepam aridam, mentam,
rutam, apii semen, fricabis, suffundes liquamen, adicies
mel, ius de suo sibi, defrito, aceto temperabis. facies ut
ferveat. cum ferbuerit, amulo obligabis. exornas, ius per-
fundes, ⟨piper⟩ asperges et inferes. Leporem Passe- 7 (401)
nianum: leporem curas, exossas, extensum ornas, suspen-
des ad fumum. cum coloraverit, facies ut dimidia coctura
coquatur. levas, asperges salem, † massam oenogaro tanges,
adicies in mortarium piper, ligusticum, fricabis, suffundes
liquamen, vino et liquamine temperabis. in caccabum. adi-

---

1 assatur *add. Gi* 4 et lasere V, *om.* E 7 ex ea *Hum,* extra EV caccabulo E, caccabo (lo *add.* $V^2$) $V^1$ 8 globolum EV 11 minutal *Hum ex p. 32, 23,* minuta EV 12 et cocturam *Gi,* cocturam EV 14 fuerint ς, -rit EV 17 adicies *et* ius *add. Hum* 22 adicies—cocturam *om.* $V^1$, *add.* $V^2$ *in marg. inf.* oleum E, oleo $V^2$ 27 mel ius EV, melius ius *Sch* 29 piper ς, *om.* EV 31 ut $E^2$V, et $E^1$ 32 levas *Gi,* lauas EV oenogara EV 32 massam EV, assas *Brandt cf. p. 68, 2* 34 uinum EV

cies oleum modicum, facies ut ferveat. cum ferbuerit,
amulo obligas. leporem assum a dorso tangis, piper asper-
(402) 8 ges et inferes. *Leporem isiciatum*: eadem conditura
condies pulpam, nucleos infusos admisces, omento teges
(403) 9 vel charta, colliges lacinias et surcula. *Leporem farsi-
lem*: leporem curas, ornas, quadratum imponis. adicies
in mortarium piper, ligusticum, origanum, suffundes li-
quamen, adicies iecinera gallinarum cocta, cerebella cocta,
pulpam concisam, ova cruda tria, liquamine temperabis.
omento teges et charta et surclas. lento igni subassas. adi-
cies in mortarium piper, ligusticum, fricabis, suffundes li-
quamen, vino et liquamine temperabis, facies ut ferveat.
cum ferbuerit, amulo obligas, et leporem subassatum per-
(404) 10 fundes. piper asperges et inferes. *Aliter leporem
elixum*: ornas, adicies in lance oleum, liquamen, acetum,
passum, cepam concides et rutam viridem, thymum sub-
(405) 11 cultratum, et sic adpones. *Leporis conditura*: teri-
tur piper, ruta, cepula, [et] iecur leporis, liquamen, ca-
(406) 12 roenum, passum, olei modicum. amulum, cum bullit. *Le-
porem ⟨pipere⟩ sicco sparsum*: et hunc praecon-
dies sicut haedum Tarpeianum. antequam coquatur, ornatus
suitur. piper, rutam, satureiam, cepam, thymum modicum,
liquamine collues, postea in furnum ⟨mittes⟩, coques et
impensa tali circumsparges: piperis semunciam, rutam,
cepam, satureiam, dactylos IV, uvam passam, iusculum co-
loratum super vatillum, vinum, oleum, liquamen, caroenum.
frequenter tangitur ut condituram suam omnem tollat,
(407) 13 postea ex pipere sicco in disco sumitur. *Aliter lepo-
rem conditum*: coques ex vino, liquamine, aqua, si-
napi modico, anetho, porro cum capillo suo. cum ⟨in⟩ se
coxerit, condies: piper, satureiam, cepae rotundum, dacty-
los, Damascena duo, vinum, liquamen, caroenum, olei mo-

3 eadem ς, eandem EV 4 omente V 5 lacinias EV, laminas *Sch* 9 cruda EV$^{2}$, dura *(erasa)* V$^{1}$ 10 et carta et surclas V, et surclas et carta E 14 Leporem aliter EV 15 ornas V, oenas E 18 et iecur (-or E) EV 20 pipere *add. Gi cf. v. 28* 21 Tarpeianum *cf. 8, 6, 9* coquantur E 23 mittes *add. Gi* 24 inpensam tali EV 25 iusculum *Gi,* iustam EV 30 modicum EV in se *Sch, cf. p. 17, 10. 31, 23,* se EV, per se *Tor* 31 piper V, pipere E satureia EV cepae rutundum *sic* EV 32 damascenae (dasm- E$^{2}$) EV, -na V$^{3}$

dice. stringatur amulo, modicum bulliat. conditura lepus in patina perfunditur.

IX. GLIRES. Glires: isicio porcino, item pulpis ex (408)
omni membro glirium trito, cum pipere, nucleis, lasere, liquamine farcies glires, et sutos in tegula positos mittes in furnum aut farsos in clibano coques.

## LIB. IX. THALASSA

I. in lucusta. II. in torpedine. III. in lolligine. IV. in sepiis. V. in polypo. VI. in ostreis. VII. omne genus conchyliorum. VIII. in echino. IX. in mitulis. X. in sarda cordula. XI. embractum Baianum.

I. [IVS] IN LVCVSTA. 1. Ius in lucusta et cap- (409)
pari: indura cepam pallachanam concisam. †eius piper,
ligusticum, careum, cuminum, caryotam, mel, acetum, vi-
num, liquamen, oleum, defritum. hoc ius adicito sinapi in
elixuris. Lucustas assas sic facies: aperiuntur lu- 2 (410)
custae, ut adsolet, cum testa sua et infunditur eis pipe-
ratum, coriandratum, et sic in craticula assantur. cum sic-
caverint, adicies ius in craticula quotiens siccaverint quous-
que assantur bene, ⟨et⟩ inferes. Lucustam elixam cum 3 (411)
cuminato: piper, ligusticum, petroselinum, mentam sic-
cam, cuminum plusculum, mel, acetum, liquamen. si voles,
folium et malabathrum addes. Aliter lucustam: isi- 4 (412)
cia de cauda eius sic facies: folium noci †uvam
prius demes et elixas deinde pulpam, concides, cum liqua-
mine, pipere et ovis isicia formabis. In lucusta elixa: 5 (413)
piper, cuminum, rutam, mel, acetum, liquamen et oleum.
Aliter in lucusta: piper, ligusticum, cuminum, mentam, 6 (414)
rutam, nucleos, mel, acetum, liquamen et vinum.

---

1 conditura *Sch ex p. 62, 11,* conditur EV 4 trito EV, tritis *Hum* 6 coque EV 7 LIB. IX. Thalassa E *in indice,* talassa EV *hic cap. II* torpidine EV VII conciliorum EV IX metullis E, metulis V XI balanum E 8 IVS IN LOCVSTA EV *cf. tit. ind.* 9 pallacanam *sic* EV, *cf. p. 28, 28* eius EV, teres *Gi; an* facies ei ius*?* 14 *et* 15 graticula EV 15 ius *Gi,* eis EV

16 *verba* bene inferes *in* EV *abierunt post* 17 cuminato; *suo loco restituit et* et *inseruit Hum* locusta elixa EV 19 malabratum EV lucusta (loc- E) EV esicia EV², *om.* V¹ 20 folium noci uuam prius EV, folliclum [nocivam uvam] prius *Sch, an* follem nocivum prius*?* 23 ruta V, oleum V, uinũ (*del. et* oleum *ss.* E²) E *cf. v. 25* 25 uinum V, oleum (*del. et* uinum *ss.* E²) E *cf. v. 23*

(415) II. IN TORPEDINE. 1. In torpedine: teritur piper, ruta, cepula arida. ⟨addes⟩ mel, liquamen, passum, vinum modice, olei boni guttas. cum bullire coeperit, amulo obli-
(416) 2 gas. In torpedine elixa: piper, ligusticum, petroselinum, mentam, origanum, ovi medium, mel, liquamen, passum, vinum, oleum. si voles, addes sinape, acetum. si calidum volueris, uvam passam addes.

(417) III. IN LOLLIGINE. 1. In lolligine in patina: teres piper, rutam, mel modicum, liquamen, caroenum, olei gut-
2 tas. In lolligine farsili: piper, ligusticum, coriandrum, apii semen, ovi vitellum, mel, acetum, liquamen, vinum et oleum. obligabis.

(418) IV. IN SEPIIS. 1. In sepia farsili: piper, ligusticum, apii semen, careum, mel, liquamen, vinum, condimenta coctiva. calefacies, et sic aperies sepiam et perfun-
(419) 2 des. Sic farcies eam sepiam coctam: cerebella elixa enervata teres cum pipere, cui commisces ova cruda quod satis erit, piper integrum, isicia minuta, et sic consues et in bullientem ollam mittes ita ut coire impensa pos-
(420) 3 sit. Sepias elixas ab aheno: in frigidam missas cum pipere, lasere, liquamine, nucleis. ova ⟨addes⟩, et condies
(421) 4 ut voles. Aliter sepias: piper, ligusticum, cuminum, coriandrum viride, mentam aridam, ovi vitellum, mel, liquamen, vinum, acetum et oleum modicum. et, ubi bullierit, amulo obligas.

(422) V. IN POLYPO. In polypo: pipere, liquamine, lasere. inferes.

(423) VI. IN OSTREIS. In ostreis: piper, ligusticum, ovi vitellum, acetum, liquamen, oleum et vinum. si volueris, et mel addes.

(424) VII. IN OMNE GENVS CONCHYLIORVM. In omne genus conchyliorum: piper, ligusticum, petroselinum, mentam siccam, cuminum plusculum, mel, liquamen. si voles, folium et malabathrum addes.

---

1 IN V, *om.* E 2 addes *add. Gi* 10 farsile EV, *item* 13 coliandrum EV 16 farcies *Tor,* facies EV 17 lixa EV eneruiata EV 18 quod V, q E pipere EV sic consues *Hum,* sicco sues EV 20 aeno P, alieno EV *cf. p. 14, 12* 21 addes *add. Gi* 29 et uinum *om.* E[1], *add. in marg.* E[1] *an* E[2] 31 *et* 32 conciliorum EV

VIII. IN ECHINO. 1. In echino: accipies pultarium (425)
novum, oleum modicum, liquamen, vinum dulce, piper mi-
nutum. facies ut ferveat. cum ferbuerit, in singulos echinos
mittes, agitabis, ter bulliat. cum coxeris, piper asperges
et inferes. Aliter ⟨in⟩ echino: piper, costum modice, 2 (426)
mentam siccam, mulsum, liquamen, spicam Indicam et fo-
lium. Aliter ⟨in⟩ echino: lotum mittes in aqua calida, 3 (427)
coques, levas, in patella compones, addes folium, piper,
mel, liquamen, olei modice, ova, et sic obligas. in thermo-
spodio coques, piper asperges et inferes. In echino sal- 4 (428)
so: echinum salsum cum liquamine optimo, caroeno, pi-
pere, temperabis et adpones. Aliter: echinis salsis li- 5 (429)
quamen optimum admisces, et quasi recentes apparebunt,
ita ut a balneo sumi possint.

IX. IN MITVLIS. In mitulis: liquamen, porrum con- (430)
cisum, cuminum, passum, satureiam, vinum. mixtum facies
aquatius et ibi mitulos coques.

X. IN SARDA CORDVLA MVGILE. 1. In Sardis: (431)
Sardam farsilem sic facere oportet: Sarda exos-
satur, et teritur puleium, cuminum, piperis grana, menta,
nuces, mel. impletur et consuitur. involvitur in charta et
sic supra vaporem ignis in operculo componitur. conditur
ex oleo, caroeno, allece. Sarda ita fit: coquitur sarda et 2 (432)
exossatur. teritur piper ⟨cum⟩ ligustico, thymo, origano,
ruta, caryota, melle, et in vasculo ovis concisis ornatur
impensa: vinum modice, acetum, defritum et oleum viride.
Ius in Sarda: piper, origanum, mentam, cepam, aceti 3 (433)
modicum et oleum. Ius in Sarda: piper, ligusticum, men- 4 (434)
tam aridam, cepam coctam, mel, acetum, oleum. perfundes,

---

1 echino *bis* E[2]V, enicho *bis* E[1] *item 5. 7. 10. 11* 4 *an* coxerit*?* 5 in *om.* EV 6 mulsum V, -am E liquamine EV 7 in P, *om.* EV echino V, enichum *corr. in* echinum E lotum *Baseggio,* colum EV, totum *Hum,* solum *Tor* 9 termospodio E[2]V, -spodi E[1] 10 enicho *et* enichum E[1] salso V, salsum E 11 liquamen optimum EV 12 enichinis E salsis *Sch,* salis EV 13 apparebunt E, aptabunt V 15 metulis *bis* EV 17 aquatius *Hum,* aquati ius EV mitulos *sic* EV 19 sardã exossatur EV 20 et teritur EV, attorretur *Sch* pulpeium EV cuminum *Hum,* cum EV mentam EV 23 allece *Hum,* allego EV 24 piper cum *Hum,* pipere EV, piper ex *Sch* 25 rutã careotã V concisis *Sch,* incisis EV *cf. p.72, 1* 26 uiridem EV *item p. 72, 18*

(435) 5 asperges ovis duris concisis. Ius in cordula assa: piper, ligusticum, apii semen, mentam, rutam, caryotam, mel,
(437) 6 acetum, vinum et oleum. convenit et in Sarda. Ius in mugile salso: piper, ligusticum, cuminum, cepam, mentam, rutam, calvam, caryotam, mel, acetum, sinape et
(438) 7 oleum. Aliter ius in mugile salso: piper, origanum, erucam, mentam, rutam, calvam, caryotam, mel, oleum, acetum et sinape.

(439) XI. IVS IN SILVRO, IN PELAMYDE ET IN THYNNO SALSIS: piper, ligusticum, cuminum, cepam, mentam, rutam, calvam, caryotam, mel, acetum, sinape, oleum.

(440) XII. IVS IN MVLLO TARICHO: piper, rutam, cepam, dactylum, sinapi, trito commisces echino ⟨et⟩ oleo, et sic perfundes piscem frictum vel assatum.

(441) XIII. SALSVM SINE SALSO: 1. Iecur coques, teres, et mittes piper aut liquamen aut salem. addes oleum. iecur leporis aut haedi aut agni aut pulli; et, si volueris, in formella pis-
(442) 2 cem formabis. oleum viride supra adicies. Aliter vice salsi: cuminum, piper, liquamen teres, et passum modice vel caroenum et nuces tritas plurimas misces et simul conteres et salsari defundes. oleum modice superstillabis
(443) 3 et inferes. Aliter salsum sine salso: cumini tantum quantum quinque digitis tollis, piperis ad dimidium eius et unam spicam alei purgatam teres, liquamen superfundes, oleum modice superstillabis. hoc aegrum stomachum valde reficit et digestionem facit.

(444) XIV. EMBRACTVM BAIANVM. Embractum Baianum: ostreas minutas, sphondylos, urticas in caccabum mittes, nucleos tostos concisos, rutam, apium, piper, coriandrum, cuminum, passum, liquamen, caryotam, oleum.

---

1 in *om.* V 2 sem̃ V, sepe E careotam V, caroetam E 3 et in V, in E 4 cepa (cepẹ *et* a *supra* e E) menta ruta calua careotam EV 6 origanū V, -no E 7 eruca EV ruta V calua EV 9 pelamide E, pelapide V tinno EV 12 mulo tarico EV 13 et oleo *Sch,* oleo EV 16 mittes ς, inities EV, inicies ς 20 caroeni EV 21 salsare defundes *sic* EV 22 sine *Sch,* in EV cuminum EV 28 orticas EV 30 careotam EV, caroenum *Hum,* cariotum *Sch; cf. 10, 1, 1*

# LIB. X. HALIEVS

**I. in piscibus diversis. II. in murenam. III. in anguillam.**

I. IN PISCIBVS. 1. Ius diabotanon in pisce frixo: (445)
piscem quemlibet curas, salsas, friges. teres piper, cumi-
num, coriandri semen, laseris radicem, origanum, rutam,
fricabis, suffundes acetum, adicies caryotam, mel, defri-
tum, oleum, liquamen, temperabis, refundes in caccabum,
facies ut ferveat. cum ferbuerit, piscem frictum perfundes,
piper asperges et inferes. Ius in pisce elixo: piper, li- 2 (446)
gusticum, cuminum, cepulam, origanum, nucleos, caryotam,
mel, acetum, liquamen, sinapi, oleum modice. ius calidum.
si velis, uvam passam. Aliter in pisce elixo: teres 3 (447)
piper, ligusticum, coriandrum viride, satureiam, cepam,
ovorum vitella cocta, passum, acetum, oleum et liquamen.
⟨Aliter⟩ ius in pisce elixo: piscem curabis diligen- 4 (448)
ter, mittes in mortarium salem, coriandri semen, conteres
bene, volves eum, adicies in patinam, cooperies, gypsabis,
coques in furno. cum coctus fuerit, tolles, aceto acerrimo
asperges et inferes. Aliter ius in pisce elixo: cum 5 (449)
curaveris piscem, adicies in sartaginem ⟨coriandri⟩ semen,
aquam, anethum viride et ipsum piscem. cum coctus fuerit,
asperges aceto et inferes. Ius Alexandrinum in pisce 6 (450)
asso: piper, cepam siccam, ligusticum, cuminum, origa-
num, apii semen, pruna Damascena enucleata, mulsum,
acetum, liquamen, defritum, oleum, et coques. Aliter ius 7 (451)
Alexandrinum in pisce asso: piper, ligusticum, co-
riandrum viride, uvam passam enucleatam, vinum, passum,
liquamen, oleum, et coques. Aliter ius Alexandrinum 8 (452)
in pisce asso: piper, ligusticum, coriandrum viride, ce-
pam, Damascena enucleata, passum, liquamen, acetum,
oleum, et coques. Ius in gongro asso: piper, ligusticum, 9 (453)
cuminum frictum, origanum, cepam siccam, ovorum vitella

---

1 EXPLICIT APICI (-II E) TALASSALIBVS LIBER VIIII INCIPIT EIVSDEM ALIE (-IAE V) VESLIBVS EV, *in quo* LIBVS *bis male pro* LIB. *scriptum;* Halieus E *in indice librorum cap.* III anguilla E 2 salsas *Gi,* saluas EV, salias *Hum* 12 uiridem EV 13 cocta EV, duo cocta P; *cf. v. 31* 14 Aliter P, *om.* EV 17 acerrimo EV, asperrimo P 19 coriandri semen *Tor,* sem̄ *(in* V *virgula supra* m *erasa)* EV 20 uiridem EV, *item v. 26, 28, p. 74, 10* 23 mulsum *Gi, cf. p. 74 1. 14 al.,* mittis E, mus V 25 alexandrum E 30 grongo assa EV

cocta, vinum, mulsum, acetum, liquamen, defritum, et co-
(454) 10 ques. Ius in cornutam: piper, ligusticum, origanum,
cepam, uvam passam enucleatam, vinum, mel, acetum, li-
(455) 11 quamen, oleum, et coques. Ius in mullos assos: piper,
ligusticum, rutam, mel, nucleos, acetum, vinum, liquamen,
(456) 12 oleum modice. calefacies et perfundes. Aliter ius in
mullos assos: rutam, mentam, coriandrum, feniculum,
omnia viridia, piper, ligusticum, mel, liquamen et oleum
(457) 13 modice. Ius in pelamyde assa: piper, ligusticum, ori-
ganum, coriandrum viride, cepam, uvam passam enuclea-
tam, passum, acetum, liquamen, defritum, oleum, et co-
ques. hoc ius convenit et in elixa. si vis, et mel addes.
(458) 14 Ius in percam: piper, ligusticum, cuminum frictum, ce-
pam, pruna Damascena enucleata, vinum, mulsum, acetum,
(459) 15 oleum, defritum, et coques. Ius in pisce rubellione:
piper, ligusticum, careum, serpyllum, apii semen, cepam
siccam, vinum, passum, acetum, liquamen, oleum. amulo
obligas.

(460) II. ⟨IN MVRENAM⟩. 1. Ius in murena assa: piper,
ligusticum, satureiam, crocomagma, cepam, pruna Damas-
cena enucleata, vinum, mulsum, acetum, liquamen, defri-
(461) 2 tum, oleum, et coques. Aliter ius in murena assa:
piper, ligusticum, pruna Damascena, vinum, mulsum, ace-
(462) 3 tum, liquamen, defritum, oleum, et coques. Aliter ius in
murena assa: piper, ligusticum, nepetam montanam,
coriandri semen, cepam, nucleos pineos, mel, acetum, li-
(463) 4 quamen, oleum, et coques. Aliter ius in murena
elixa: piper, ligusticum, anethum, apii semen, rhus Sy-
riacum, caryotam, mel, acetum, liquamen, oleum, sinape,
(464) 5 defritum. Aliter ius in murena elixa: piper, ligusti-
cum, careum, apii semen, coriandrum, mentam aridam, nu-
cleos pineos, rutam, mel, acetum, vinum, liquamen, oleum
(465) 6 modice. calefacies et amulo obligas. ⟨Aliter⟩ ius in mu-
rena elixa: piper, ligusticum, careum, cuminum, nucleos,

---

2 cornutam *Hum*, carnutam EV 3 passam et nucleatam EV 10 passam et nucleatam passam EV 19 JN MVRENAM *om.* EV morena EV *item v. 22* (-as V) *25, 27, 30, 33* 20 croco magna EV cepa EV 21 et nucleata EV 25 *10, 2, 4 (463) post 10, 3, 2 (466), habent ς α, post 10, 2, 6 (465)* PM 28 anethum *Hum*, acetum EV rus syriacum *sic* EV, *item p. 76, 2 et 4* (sir- E) 27 Aliter P, *om.* EV

caryotam, sinape, mel, acetum, liquamen et oleum et defritum.

III. 1. Ius in lacertos elixos: piper, ligusticum, (467)
cuminum, rutam viridem, cepam, mel, acetum, liquamen,
oleum modice. cum bullierit, amulo obligas. Ius in pisce 2 (466)
elixo: piper, ligusticum, petroselinum, origanum, cepam
aridam, mel, acetum, liquamen, vinum, oleum modice. cum
bullierit, amulo obligas. et in lance inferes. Ius in pisce 3 (468)
asso: piper, ligusticum, thymum, coriandrum viride, mel,
acetum, liquamen, vinum, oleum, defritum. calefacies et
agitabis rutae surculo et obligabis amulo. Ius in thynno: 4 (469)
piper, cuminum, thymum, coriandrum, cepam, uvam passum, acetum, mel, vinum, liquamen, oleum. calefacies;
amulo obligabis. Ius in thynno elixo: piper, ligusti- 5 (470)
cum, thymum, condimenta moretaria, cepam, caryotam,
mel, acetum, liquamen et oleum et sinape. Ius in den- 6 (471)
tice asso: piper, ligusticum, coriandrum, mentam, rutam
aridam, malum Cydonium coctum, mel, vinum, liquamen,
oleum. calefacies, amulo obligabis. In dentice elixo: 7 (472)
piper, anethum, cuminum, thymum, mentam, rutam viridem, mel, acetum, liquamen, vinum, oleum modice. calefacies et amulo obligabis. Ius in pisce aurata: piper,
ligusticum, careum, origanum, rutae bacam, mentam, myr- 8 (473)
tae bacam, ovi vitellum, mel, acetum, oleum, vinum, liquamen. calefacies et sic uteris. Ius in pisce aurata assa:
piper, coriandrum, mentam aridam, apii semen, cepam, 9 (474)
uvam passam, mel, acetum, vinum, liquamen et oleum. Ius
in scorpione elixo: piper, careum, petroselinum, 10 (475)
caryotam, mel, acetum, liquamen, sinape, oleum, defritum.
In pisce oenogarum: teres piper, rutam, mel com-
misces, passum, liquamen, caroenum, et igni mollissimo 11 (476)
calefacies. ⟨Aliter⟩ in pisce oenogarum: ut supra
facies. cum bullierit, amulo obligabis. 12

---

1 sinapẽ V et oleum et *sic* EV 5 *10, 3, 1 (467) post 10, 3, 2 (466)* + *10, 2, 4 (463) habent* ς (*non* MP) α 9 uiridem EV 11 agitabis P, zitabis EV *10, 3, 4 (469) in* E *locum habet ante 10, 3, 3 (468), sed scripta est a manu* E² *in loco adraso; ceterum ipsa* E² *signis ordinem eum quem praestat* V *restituisse videtur* 14 obligabis E, -gas V 15 mortaria (-ea E) EV cepa V 16 et oleum et V, oleum E 18 mel EV, uel ς 24 bacã ouitellũ V 26 apii E, api V *hoc solo loco* 30 ruta V 31 signi EV 32 Aliter *add. Tor* 33 obligabis V-, gas E

(477) IV. ⟨IN ANGVILLAM.⟩ 1. Ius in anguillam: piper, ligusticum, apii semen, anethum, rhus Syriacum, caryotam,
(478) 2 mel, acetum, liquamen, oleum, sinape et defritum. ⟨Aliter⟩ ius in anguillam: piper, ligusticum, rhus Syriacum, mentam siccam, rutae bacas, ovorum vitella cocta, mulsum, acetum, liquamen, oleum. coques.

---

1 IN ANGVILLAM *om.* EV anguilla EV 3 Aliter *om.* EV EXPLICIT FELICITER AMEN E, EXPLICIT LIBER · X · V

# APICI EXCERPTA A VINIDARIO VIRO INLVSTRI A p.196

Breuis pimentorum que in domo esse debeant ut condimentis nihil desit: crocu, piper, zingiber, lasar, foliu, baca murre, costu, cariofilu, spica indica, addena, cardamomu, spica nardi.

De seminibus hoc: papaber, semen rude, baca rute, baca lauri, semen aneti, semen api, semen feniculi, semen ligustici, semen eruce, semen coriandri, cuminu, anesu, petrosilenu, careu, sisama.

De siccis hoc: lasaris radices, menta, nepeta, saluia, cuppressu, origanũ, zyniperum, cępa gentima, bacas timmi, coriandrum, piretru, citri, fastinaca, cępa ascalonia, radices iunci, anet, puleiu, ciperum, aliu, ospera, samsucu, innula, silpiũ, cardamomũ.

De liquorib. hoc: mel, defritu, carinu, apiperiu, passu.

De nucleis hoc: nuces maiores, nuclos pineos, acmidula, aballana.

De pomis siccis hoc: damascena, datilos, uba passa, granata. Hęc omnia in loco sicco pone, ne odorem et uirtutem perdant.

Brevis cyborũ.

I. caccabina minore
II. caccabina fusile
III. ofellas garatas
IV. ofellas assas
⟨V.⟩ aliter ofellas
VI. ofellas graton
VII. pisces scorpiones rapula-[tus
VIII. pisces frixos cuiuscumq. generis
IX. item pisces frixos
X. pisces assos
XI. pisces inotogonon
XII. sardas
XIII. item pisces inotogonon
XIV. mullos anetatos
XV. aliter mullos
XVI. murenas et anguillas
XVII. lucustas et isquillas
XVIII. pisces elixos
XIX. patinas oborum
XX. porcello coriandratu
XXI. porcello in oc cuctu
XXII. porcello eo iure
XXIII. porcello tymmo crapsu
XXIV. porcellu exozome
XXV. porcellu lasaratu
XXVI. porcellu iuscellu
XXVII. agnu simplice
XXVIII. hędu lasaratu
XXIX. turdos apontomenus
XXX. turtures
XXXI. ius in perdices

---

1 EXCERPTA *tit. in* A *abiit post v. 9* sisama INŁUT A 2 *accipe* pigmentorum *i. specierum* 3 *debuit* baca mirte 4 *i.* caerefolium *vel* chaerephyllon addena *ignota* 6 *i.* semen rutae 11 *i.* iuniperum gentima *interpretabatur* getia *vel* gethya *Salmasius* 12 *i.* pastinaca ascolonia *corr. in* -cal- A[1] 13 *i.* osprea 15 apiperiu *videtur esse* piperatum 16 amygdala, Abellanae 18 uba *ex* uua *fecit* A[1]

